

in legato relicta, quod diversimodè procedit à nostro casu, cum illa electione semel facta completur legatum, & ita amplius variari non debet; at vero in nostro casu nominandi facultas non est relicta in vim legati, sed libere est data facultas nominandi ab institutoribus faciendā mortis tempore per verba supra considerata, succeder, in quibus terminis subintrat *Ord. dispositio in 4. tit. 37. in fin. princip.* ubi talis nominatio fit revocabilis. Neque etiam obstat allegatio de dote, cum prædicta *Ord. in §. 1.* ubi disponitur fieri nominationem in dotem datam irrevocabilem, quia respondeo cum verbis eius *Ord. ibi: Porém se a que tinha poder de nomear até morte, trespassar em sua vida em outra pessoa a causa aforada, por titulo de dote, ou por qualquer outro, trespassando na dita pessoa todo o direito, que na causa aforada tinha.*

760 Itaque ex prædictis verbis patet, quod necessario debet dari translatio, ut donatio fiat irrevocabilis, & tenent *Cald. de potest. eligend. cap. 4. num. 22. & conf. 12. num. 14.* ergo cum in nostro casu non constet de translatione domini, immo constet donantem maiusculum in se non habere per epistolam fol. 116. dicendum est, non fieri irrevocabilem prædictam nominationem, quod comprobatur, quia solummodo constat de nominatione (casu quo demus probatam existere) & in hac simpliciter facta, tantummodo datur quædam nominatio orta ex facultate à primo concedente data, ex doctrina *Cald. de extinct. cap. 1. num. 54.* quæ quidem nominatio non continet translationem, nisi tantummodo quandam animi declarationem, & nudam præpositi notitiam, quæ neque distractum, neque contractum supra natura importat per text. in *L. signare, & in L. 1. §. assignare ff. assignation. libertor Gam. decis. 137. Castill. tom. 5. cap. 8. à num. 4.* Ergo dicendum est esse revocabilem, & valere ultimo loco factam, & consequenter esse confirmandam puto.

Ultimo tandem cōtra A. facit, quod quamvis neutrum existeret, & quod daretur probatio legitima, quod tamen ex illa inferitur, est quædam promissio nominandi maiusculum facta in catalogo, de quo testes deponunt, & secundum jus pactum donationis, & eodem modo nominationis factæ per verba de futuro, v.g. donabo tibi talem rem, non producit obligationem, neque actionem, quam plurimos tradit *Pinel in L. 2. n. 2. cap. 3. numer. 36. Cod. rescind. Fachineus lib. 11. contr. cap. 24. Cost. in L. si ex cautione notatu penult. num. 5. Barb. 2. p. legis primæ ff. solut. matr. num. 2. Parlador. lib. 2. quotidianar. cap. 3. numer. 5.*

Mantic. de conjectur. tit. 5. num. 7. Quod et eo probatur, quia promittēs donare non donat, cum aliud sit facere, aliud promittere de faciendō, ex *Martial:*

Si donare vocas promittere, nec dare, Cai vincam te donis, muneribus que meis.

Sic etiam aliud est vendere, aliud promittere de vendendo, & ita aliud est donare, & nominare, aliud est promittere de donando, & nominando, & est text. in *§. 1. inst. de donat.* dum habetur donationes necessitatē habere traditionis ad exemplum venditionis plane venditio non habet necessitatem traditionis, nisi de præsete celebraretur; nam qui promittit vendere, non tenetur ad aliud, quam ad vendendum, & antequam vendat, non tenetur ad traditionem, argumento text. in *L. emptor ff. de act. empt. ut cum Dec. Tirac. Reminald. & alius tenet Pinel. ubi supra num. 21. junct. n. 28. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 32. n. 40.* Quidquid sit in pacto de retrovendendo pro eodem pretio: & ratio est, quia ex natura pacti aliud non debetur, quam vendere, sive merum, & simplex factū vendendi sit, ut notat *Mantic.* proxime post *Bart.* quem refert, & argumento text. in *L. 5. §. ult. ff. de curator. furios.* ergo etiam qui promittit donare de futuro, & ita nominare de futuro, ut in nostro casu, non potest ad aliud cogi, quam ad donandum, vel nominandum de præseti: ergo sicut venditio non habet necessitatem traditionis, ita donatio, & nominatio per text. in *L. si quis argentum 35. §. fin. Cod. donat.* ubi confirmatio ad exemplum venditionis facta fuit, & probatur ex verbis eiusdem text. per totum: ubi semper loquitur per verba denotantia actualem donationem, & considerat *Mantic. dict. tit. 5. dict. num. 7. de tacit. vers. 2. considero.* Ergo quando dantur verba de futuro, ut in nostro casu, aliud dicendum est.

Corroboratur hoc, quia donatio tripliciter considerari debet, primo, ut modus acquirendi, in quo nulla conventio datur, sed ab ipsa traditione facta donandi incipitur, ut in *§. per traditionem inst. de ver. divis. L. traditionibus Cod. de pact.* & similia: quæ quidem donatio non est contractus, sed tantum quidam modus acquirendi juris naturalis, seu gentium juxta text. in *dict. §. per traditionem,* ubi notant DD. Secundo consideretur donatio, prout est contractus, quo casu dupliciter considerari potest, & celebrari, vel promittendo in futurum donare, & hic est secundus modus, quo donatio consideratur, & hoc modo non potest dici verè, & propriè contractus donationis, sed solum pactum de donando juxta iam dicta, vel donando, traditione tamen nondum interveniente, v.g. quando dicitur

dicitur
modus,
verò dif
modum
utitur,
ad tradi
tit, und
senti,
tent, q
tur eni
tus §. a
omnes
sing. n
tit. 1. n
ne cele
tur, tan
nation
donat.
tro cas
confir
Docto
Idem
Et n
vendit
tio do
rem a
Cod. de
rol. al
lib. 4.
grad.
Portu
133.
cap. 2
Fons
53. n
num.
num.
de fia
dec. 2
urb.
22. n
tand
clara
tion
seff.
gatis
bari
per
cap.
in co
num.
42.
sa f
162 N
par
ton
tra
de

dicitur (dono tibi hanc rem) & est tertius modus, & in hac datur vera donatio. Ratio verò differentiæ inter secundum, & tertium modum, ea est, nam qui verbis præsentibus utitur, tradere videtur, cum verba apta sint ad traditionem, non vero qui donare promittit, unde nihil mirum; si magis verba de præsentem, quam de futuro donationem importent, quæ à traditione nomen accipit, dicitur enim donatio quasi doni datio, *L. Senatus §. donatio ff. de donat. causa mort.* notant omnes in *rubr. ff. de inst. de donat. ubi Minsing num. 5. Pichard. num. 20. Mantie. supra tit. 1. n. 1.* Et licet donatio, quæ stipulatione celebratur, per verba de futuro celebretur, tamen magis dicitur stipulatio causa donationis, ut in *L. si patronus 20. §. de illo ff. de donat.* quam absoluta donatio: & cum in nostro casu ita sit, idem dicendum est, Iudice confirmato. Ulyssipone 11. Februarii 1672. Doctor Carvalho.

Idem tenent Noronha. Oliveira.

Et merito, quia ad hoc ut competat reivindicatio, requiritur ex parte actoris probatio dominii, & ex parte rei possessio, *L. in rem actio in princip. ff. reivend. L. cum res 12. Cod. de probat. L. 1. Cod. alienat. judic. Noguerol. alleg. 20. n. 6. & 7. Mend. in praxi p. 1. lib. 4. cap. 2. n. 1. Reynof. observ. 6. n. 6. Altograd. conf. 9. num. 16. tom. 1. his non citatis Portug. de don. reg. tom. 1. prælud. 2. §. 1. n. 133. & ultra quos refer Otero de act. lib. 3. cap. unic. §. 1. n. 2. Pereir. dec. 25. num. 16. Fonseq. dec. 76. num. 6. Souf. de Maced. dec. 53. num. 4. Pereir. de Souf. de revis. cap. 96. num. 6. Mans. conf. 10. n. 8. Vela dissert. 19. num. 2. Menoch. conf. 725. num. 26. Peregrin. de fideicommiss. art. 45. n. 33. vers. rei, Surd. dec. 277. num. 2. Honded. conf. 22. num. 2. Girb. dec. 74. n. 8. & dixi in tract. de act. cap. 22. n. 9. & 10. & num. 13. quod ad intendendam hanc actionem requiritur probatio clara, & concludens dominii, & juris probationibus facta, ex *Pelegrin. in pract. civil. p. 2. sect. 3. subsect. 3. inters. 6.* ubi nullum ex allegatis allegat. Nam licet dominium possit probari conjecturis, & indiciis, argumentis, & per alios modos, de quibus diximus *Forens. cap. 5. n. 45. & seqq. L. indicia, & ibi Barb. in collect. Cod. reivendic. Gratian. cap. 188. num. 7. & ibi Add. Menoch. de arbitr. casu 42. num. 1. & seqq.* Et iudicatum fuit in causa sequenti.*

No feito de causa civil de libello entre partes como A. Joanna Maria Pimentel Soutomayor, viuva de D. Duarte da Costa, contra os herdeiros de Antonio de Soufa, e de Domingos Gonsalves RR. Escrivaõ

Manoel Gomes Machado.

Vistos estes autos, libello da Acontrariedade dos RR. replica, e treplica, provas dadas papeis, e documentos juntos. Mostrase por parte da A. assistente na Villa de Madrid, Reyno de Castilla, como tutora, e administradora de seu filho mais velho Dom Gaspar da Costa Soutomayor, que no testamento, com que Fernão Lopes faleceo no dito Reyno, instituiu de todos seus bens, assim dos que tinha neste Reyno, como dos que possuia no Reyno de Castilla, hum morgado, com expressa prohibiçaõ de albeaçaõ, e com varias vocaçoes para a successãõ delle, como se vê do dito testamento fol. 7. Mostrase, que por falecimento do dito instituidor succedeo neste morgado seu irmaõ Duarte Fernandes, succedeo seu filho Alvaro Fernandes da Costa, por cuja morte entrou na successãõ seu filho Dom Duarte Fernandes da Costa Soutomayor, marido que foy da A de cujo matrimonio nasceo o menor Dom Gaspar da Costa Soutomayor, immediato successor do dito seu pay, e a quem pertence a administraçaõ de todos os bens do dito morgado, dos quaes a A. em nome do dito seu filho está de posse, como consta da requisitoria fol. 22. Mostrase, que entre os mais bens, que o dito instituidor vinculou a este morgado, forã humas casas nobres, que tinha nesta Corte, defronte da Igreja de S. Nicolao, das quaes os AA. e seus antecessores, naõ tinãõ tomado posse, nem dos mais bens, que neste Reyno estavaõ, pertencentes ao dito morgado, em razãõ das guerras, que este Reyno teve com o de Castilla, cujo impedimento cessou pelas pazes, e em virtude da capitulaçaõ dellas se passou a dita requisitoria para effeito de se dar posse á A. dos bens, que neste Reyno haviaõse vinculados a este morgado, entre os quaes saõ as casas de S. Nicolao, que os RR. lhe naõ querem largar, e pedem sejaõ condenados, o que façaõ com os rendimentos da indevida occupaçaõ. Por parte dos RR. se allega, que sendo o dito Duarte Fernandes devedor a Diogo Luiz de Oliveira de dous contos, e quatrocentos mil reis, que sua mulher, e berdeira Dona Leonor de Tavora, querendo cobrar a dita divida, e pelo dito devedor estar ausente no Reyno de Castilla, e os bens, que tinha neste Reyno, estarem na represalia, citou o Procurador da Fazenda, e bouve sentença contra elle, pela qual se fez execuçaõ nas casas da contenda, por serem do dito devedor, e andando em pregaõ na praça, o R. originario Antonio de Sousa as arrematou, e tomou dellas posse, como consta da carta de arremataçaõ fol. 147. por cujo titulo as possuem os RR. e supposto que no testamento do dito instituidor se achãõ

estas casas vinculadas em morgado, com tudo, não consta, nem a A. prova com documentos, que estas casas fossem do dito instituidor, antes sempre foram tidas, e havidas por livres, e ainda que assim não fora, no mesmo testamento deo o instituidor facultade a seu irmão Duarte Fernandes, e a seu filho, para as poderem vender, e comprar outros bens do procedido dellas para annexar ao morgado: e por que conforme a Direito, a venda necessaria não defere da voluntaria, do mesmo modo que o dito Duarte Fernandes, e seu filho, podião vender as ditas casas, ficando a venda valiosa, pela facultade, que tinhão, podião também ser vendidas por mandado da justiça, como forão, e ficar essa venda valiosa, ex eo quod factum Judicis reputatur factum partis, quanto mais, havendo o dito Duarte Fernandes comprado o senhorio da Villa de Sorjeca no Reyno de Castella depois do falecimento do instituidor, que annexou ao morgado, com cujo valor fica bastantemente compensada a diminuição, que o morgado podia ter na venda das ditas casas, e satisfeita a clausula, com que o instituidor dava licença para se poderem vender: e assim, que por todas estas razões, como também por o A. haver sido herdeiro do dito Duarte Fernandes, devedor originario, não pôde impugnar a venda das casas, em que se fez execução para pagamento da dita divida, em que os RR. tem feito muitas bemfeitorias, e pedem absolvição do pedido pelo A. em seu libello. O que tudo visto, e o mais, que dos autos consta, e disposição de Direito, conforme a qual, sendo o dito instituidor senhor das casas, de que se trata, como elle declara em seu testamento, e se prova das inquirições do A. nem os RR. mostrão contrario, e vinculando-as a este morgado, não podião ser vendidas pela divida de nenhum dos successores, sem embargo da facultade, que deo o instituidor para se poderem vender, por quanto essa venda podia ter lugar sómente naquella caso, em que o instituidor a permitia, e feita em outra forma, já era contra a disposição do testador, e como tal nulla, por que a disposição de Direito, pela qual factum judicis reputatur factum partis, entende-se sómente nas vendas, em que as partes podem cobrar livremente, e não naquellas, que se devem regular pela vontade do instituidor, e assim não tem lugar no caso presente: nem a Villa, que o dito Duarte Fernandes comprou depois da morte de seu irmão, que annexou a este morgado, consta o comprarse com o seu dinheiro, antes do dito testamento, e inquirição da A. se prova o contrario, e que foy comprada a dita Villa com o procedido de trinta mil cruzados, que o defunto dei-

xou em dinheiro de contado para se empregarem em bens para o morgado, e ainda que o A. fosse herdeiro do devedor originario, com tudo não intenta esta aução, como seu herdeiro, mas como successor particular, o qual não está obrigado ás dividas de seu antecessor, e pôde livremente reivindicar estas casas, como administrador do morgado, a que estão vinculadas. Por tanto julgo por nulla a rematação, que os RR. nellas fizeram, e mandaõ as restituãõ á A. com os rendimentos da lide contestada até real entrega, para a cujo effeito hey a lide por contestada do tempo que os RR. vierão com as razões fol. 146. que elles mesmos offercerão por contrariedade: e a A. pagar á aos RR. as bemfeitorias uteis, e necessarias, que tiverem feito nas ditas casas, as quaes se compensarão com os ditos rendimentos, que tudo se liquidar á na execução da sentença. E paguem os RR. as custas. Lisboa 1. de Fevereiro de 1676. João Coelbo de Almeida.

A qua sententia fuit appellatum ad Supplicationis Senatū, & fuit confirmata cum declaratione sequenti.

Acordão os do Desembargo & c. Foy bem julgado pelo Desembargador Juiz Commissario em reivindicar a rematação, e condenar aos RR. abraõ maõ das casas da contenda, e as aeixem livres aos AA com os rendimentos, com os quaes se compensarão as bemfeitorias. Cumprase sua sentença por seus fundamentos, e o mais dos autos, com declaração, que os rendimentos se orçarão pelo em que as casas costumavaõ andar de aluguer ao tempo da rematação, e se computarão desde o tempo em que o A. entrou na posse do morgado, e as bemfeitorias se avaliarão pelo tempo, em que as ditas casas forem entregues ao A. E reservão aos RR. seu direito para pedirem o preço, que deraõ pelas cosas, a quem direito for. E paguem os RR. as custas dos autos. Lisboa 28. de Abril de 1678. Pereira. Doutor Freyre. Quifel. Pinheiro.

Hæc sententia fuit fundata in deliberationibus sequentibus.

Sedulo ponderavi hunc processum: & mihi videtur quæstio problematica. Unde in favorem magis R. inclino.

Contentionis ædes quidam testis à fol. 330. vers. ait. se ignorare, cujus sint, testes vero fol. 340. vers. & 345. asserunt spectare ad dominium Ferdinandi Lopes fundatoris maioratus, de quo sermo est, alii tamen testes fol. 388. vers. & 389. vers. 392. vers. ad dominium Eduardi Fernandes perhibent attinere. In hac contrarietate plus credo iis ultimis testibus affirmantibus Eduardum dominium in præfatis ædibus habuisse, maxime cum nullus

nullus
simili
specta
do ag
tur de
res C
cap
Pinbe
68. al
de re
66. Qu
bitor
& ve
ta z
qui e
& ve
tenta
67. U
nanc
dica
stitu
ra f
has
alia
inst
liqu
mai
emp
For
bita
par
loc
Re
gar
im
nia
im
rop
ff.
Su

768

ni
&
d
p
fi
m
i
t
c
l
r
t
l

nullus titulus emptionis, v g. donationis, vel ſimilis oſtendatur, quo conſtet de dominio ſpectante ad dictum Ferdinandum, & quando agitur de reivendicatione plena requiritur domini probatio, ut cum *Bald in L cum res Cod de probatou. tenet Caſtr. 2. p. lib. 4. cap 2. n. 1. Valasc de jur. emphyt. q. 11. à n. 6. Pinbeir. de cenſ. & emphyt. diſp 8. ſect 5. à n. 68. aliter R. abſolvendus venit, L. ſin. Cod. de reivindic.*

766 Quo ſuppoſito: dictus Eduardus erat debitor pecuniæ, de qua in ſyngraphis fol 153. & verſ. unde pro tali debito juſte memorata ædes fuerunt addictæ à R. marito fol. 175. qui earum poſſeſſionem adeptus eſt fol. 179. & verſ. ſicque ex hoc capite ceſſat actio intentata.

767 Ultra hanc ponderationem: eſto, Ferdinando Lopes non videtur competere reivendicatio adverſus R. ex ſeqq. Primo, quia inſtitutione hujus maioratus fol. 15. verſ. libera facultas conceſſa fuit dicto Eduardo ad hæc ædes vendendas, & pretium refundere in alia bona vinculanda: conſtatque eundem inſtitutorem maximam pecuniæ ſumam reliquiſſe, ut fol. 11. verſ. ad bona emenda huic maioratui annectenda, & in effectu ad illum emptum fuit quoddam oppidum nuncupatū Fonſeca, patet fol. 366. cum ſeqq. & quis dubitat Eduardum in alenda familia aliqualem partem hujus pecuniæ conſumpſiſſe, in cujus locum pecuniam, quam mutuo accepit in hoc Regno, de qua in ſyngraphis ſupra, ſubrogandam eſſe neceſſum erat: ergo clauſulæ impoſitæ, videlicet vendendi ædes, & pecuniam refundendi in alia bona ad maioratum, implementum datū cenſetur, ex regula ſubrogati, de qua in *L. ſi cum §. qui injuriarum ff. ſi quis caut. L. un. §. 1. Cod. rei uxor. aff. Surd. deciſ. 35. n. 9.* & eſt vulgare.

768 Secundo magis preſſe. Certum eſt pecuniam, de qua ſupra, debitam eſſe ab Eduardo, & pro ſolutione, ædes contentionis fuiſſe addictas. Quæro, cur non erit ſolvenda hæc pecunia à ſucceſſoribus hujus maioratus, ſi ſunt uni ſideles in Chriſto, & ampliſſimum maioratum adepti ſunt, animam avi torqueri in Purgatorio quomodo patiuntur, ſi peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur debitum, quando bona ſuperſunt. Si iſti ſucceſſores allegarent, bona maioratus non ſufficere ad eorum ſuſtentationem, & dignitatis conſervationem, aliqualis excuſatio ineſſet; verum hæc ceſſant, igitur in hoc ſpeciali caſu decernerem, locum non eſſe reivendicationi. Præcipue cum inſtitutor maioratus exiſteret in Regno Caſtellæ, & nulla apud virum R. notitia ineſſet talis inſtitutionis.

Si vero contrarium ſequatur, meliorationes ſuſtinendæ ſunt, tamquam factæ à vero domino tempore ædificationis, prout reputatur R. maritus, *L. non ideo minus ff. de reivendication. & reſtituendum eſt earum pretium ab A. æſtimandæque ſunt ſecundum tempus traditionis ædium, L. domos ff. leg. 1. Valasc conſ. 161. n. 10 & de partit. cap. 15. n. 115. & cap. 6 n. 14. Caſtr. loquens in meliorationibus factis in rebus maioratus 2. p. lib. 4. cap. 2. n. 4.*

770 Redditus tamen ædium ſolvantur (lata ſententia contra meum ſuffragium) à tempore litis conteſtatæ, A. ſecundum illam æſtimationem, quam ædes habebant tempore venditionis. Reformata ſententia. Ulyſſipone 5. Martii 1677. Doctor Tavares.

771 Actor in ædium vinculo civiliter fundatur, nam de eo mihi liquet, tam ex teſtamento fundatoris Ferdinandi, quam ex teſtibus à fol. 339. nam ex teſtamento patet, quod Ferdinandus expreſſe contentionis ædes vinculo ſubjicit, ut patet fol. 11. teſtes autem ſatis diſponunt, ædes in dominio fundatoris Ferdinandi fuiſſe, cum eas tamquam proprias habitaret, & poſſediret, unde licet de titulo, quo ædes habuit, non detegatur, non tam inſufficiens mihi videtur prædicta domini probatio, cum vinculatio, & diſpoſitio in teſtamento facta id perſuadeat in regula *text. in L. in re mandata Cod. mand. & per teſtes*, cum ratione illa poſſeſſionis, & famæ legaliter dominium probatur, *Mascard. de probat. 1. tom. concl. 548.* & non ſemper rerum domini adſunt tituli ſuarum rerum, cum multoties partitiones judicialiter non ſiant, ut ex illis acta oſtendantur, & facta judicialiter, ſicut & emptionum tya longiſſimo temporis curſu amittuntur, ut quotidie exprimitur, unde non ideo aliis modis eſt reſpuenda domini probatio, etiam ad reivendicationem, & hoc principaliter, quia ex parte Reorum concludens mihi non videtur probatio domini ædium in perſona Eduardi fundatoris fratris, & debitoris pecuniæ, ob quam ædes ſubſtatæ leguntur, quia ponderatis teſtium dictis à fol. 387. nullus aſſertive de dominio Eduardi deponit, ſed tantum, quod credebat liberæ eſſe ædes, & ab Eduardo poſſeſſas vidiffet, qui quidem deponendi modus judicantis iudicium non movet, ad credendum ædes Eduardi fuiſſe præcipue, cum iſte in ſuo ultimo elogio, neque aliter de huiusmodi ædibus mentionem fecit, aut de vinculo à fratre impoſito querelam propoſuit, quare fortius teneo, quod ædes ad Ferdinandi, & non ad Eduardi dominium ſpectarent, & ſimul, quod legitimum eſt ædium vinculum in teſtamento datum,

datum, de cuius fide, & veritate dubitationem non habeo, eo quod satis legalis eius transcriptio mihi ostendatur, cum omni solemnitate, quæ ad transumpta leges & DD. exoptant, ut late semel, ac iterum ponderavit illustrissimus doctus Patronus.

772 Ex quibus, cum ædes vinculatæ essent, minime à marito Reæ subhastari valebant iuxta vulgares traditiones, & cum Actoris filius nunc vinculi successor existat, ei jus est ad ædes vindicandas, *Carvalb. de testament. 2. p. num. 216.* & alii per *Peg. forens. cap. 4. n. 243.*

773 Neque moveor ex eo, quod fundator Ferdinandus in testamento fol. 15. facultatem concessit fratri Eduardo, & ejus filio, ut ædes contentionis vendere valerent, nam ea licentia fuit tantum elargita ad eum finem, ut ex ædium pretio aliæ res liberæ emerentur ad vinculum, & cum subhastatio ad solutionem debiti Eduardi facta legatur, jam alienatio non extitit facta secundum fundatoris præceptum, & ita cum deficiat utilitas maioratus in comparatione allodialium, extra dubium est, quod subhastatio à marito Reæ facta, numquam potest cadere sub licentia illa alienandi in testamento data, & ideo nulla, & invalida extitit, ex his quæ *Molm. lib. 3. cap. 4. à num. 2.* sicque necessario condemnandi sunt Rei ad ædium restitutionem confirmata sententia.

774 Sed utrum cum pensionibus à tempore subhastationis verius iudico, quia infirmata subhastatione ab eo emptore restituuntur, sic limitata *Ord. lib. 3. tit. 86. § 4. Reynof. obs. 56. n. 8.* sed quia Actor non ostendit plene se esse hæredem antecessorum, ad quos tamquam successores maioratus spectabant pensiones; ideo solum à tempore, quo Actor successit in vinculo, Reos ad pensiones condemnarem, eo addito, & declarato, quod à talibus pensionibus meliorationes factæ non fuissent.

775 Quod etiam intelligendum in fructibus, seu pensionibus iuxta valorem ædium tempore subhastationis, non vero in pensionibus meliorationum, quia isti ad meliorantes spectant, ita ut neque cum melioramentis compensentur, *Britto de locato 2. p. rub. §. 3. n. 45. Mend. 2. p. lib. 3. cap. 21. u. 182. Pinb. de emphyt. disp. 3. sect. 2. à n. 57. Val. q. 25. n. 26. Gam. decis. 364. Val. cons. 83. num. 20. Reynof. obs. 56. num. 15. nam Ord. lib. 3. tit. 86 §. 5.* procedit in fructibus rer. & non meliorationum, quarum dominus est meliorans, & ad eum tamquam dominum debent spectare.

776 Sed an cum pensionibus ædium iuxta valorem temporis subhastationis sint compen-

sandæ meliorationes in ædibus factæ: affirmat *Ord. d. §. 5.* & ego sequor, & necessario declaranda sententia in pensionibus iuxta valorem ædium illo tempore, quo ad tempus, quo æstimandæ sunt meliorationes, convenio cum primo domino sapientissimo, ex eo quia tamquam dominus melioramenta fecit Reæ maritus, ex *Carvalb. Pereir. & aliis per Peg. ad Ord. lib. 1. in articulis pacis gloss. 43 num. 48.*

Quid dicendum circa ædes, præsertim, quod pro ædibus Reæ maioratus dedit? Et sane rigor juris est contra RR. cum non ostendant Actorem esse hæredem in solidum hæredum Eduardi, sed æquitas non postulat, ut Rei compellantur litigare in iudicio Hispanico, ubi Actor domicilium habet pro pretio consequendo, & ideo, si placeat, quod æquitas præferatur rigori, conferam, præcipue, quia non deficit fundamentum. Primo ex testamento fol. 474. ubi Eduardus certe annexavit bona vinculo & cum prædictis instituentis possessor queat conveniri, nil mirum, si Actor condemnetur ad restitutionem pretii. Secundo quia in replica fatetur in parte fuisse hæredis hæredem, & casu, quo hæres pro ea parte, valet ad pretium condemnari. Ulyssipone 24. Decembris 1677. Doctor Freyre.

Ego etiam cum sapientissimo domino secundo loco deliberante, tam ex testamento institutionis, quam ex testibus à fol. 339. iudicarem ædes contentionis esse vinculo obnoxias; quamvis enim non ostendatur, nec detegatur titulus, quo eas institutor habuit, testes tamen deponunt ædes in dominio fundatoris fuisse, cum eas tamquam proprias habitasset, & possedisset, & hæc mihi videtur sufficiens domini probatio, præsertim, cum vinculatio in testamento facta à fundatore id persuadeat: igitur additionem nullam iudicarem, & Reos condemnarem in restitutione ædium cum fructibus, scilicet pensionibus à tempore, quo Actor in maioratu successit, quia additione nulla, & invalida existente omnes fructus cum ipsa re indistincta repetuntur, & videantur *L. si prædium, L. non solum, L. prædiorum Cod. de prædiis, & aliis rebus minor. Reynof. obs. 56. n. 8.* & non à tempore subhastationis, quoniam, ut inquit doctissimus proximus dominus, Actor non ostendit plene se esse hæredem antecessorum, ad quos tamquam successores maioratus spectabant pensiones, quorum hæredibus jus reservarem.

Et meliorationes sustinendæ sunt, tamquam factæ à vero domino tempore ædificationis, prout reputatur Reorum maritus, & pater,

pater
neces
per. L.
n. 18.
Nig.
& §.
fionib
tion
solu
catur
nio a
vind.
posit
iplis
co su
tu in
80 Q
liora
min
Ord.
& el
81 Q
inve
netu
hære
plic
rede
rem
per
nis
pon
82 L
tra
test
tur
ven
qui
tio
ton
& c
ter
in
fo
83 ne
te
de
F
de
ce
m
p
P
ce
p
i
c

pater, & eis ſolvendæ ſunt, tam utiles, quam neceſſariæ ab Actore. *L. plane ff. de hæredibus per. L. domum Cod. de reivend. Valasc. conf. 83. n. 18. Cardos in praxi verbo melioramento n. 2. Nig. de except. cap. 8. § 4. à n. 1. & § 9. à n. 1. & § 26. n. 33 & ſunt compensandæ cum pensionibus ædium perceptis ex ipsis meliorationibus, Barb. 1. p. L. divortio § fin. n. 49. ff. ſolut. matrim. Gam. deciſ. 364. n. 1. ubi iudicatum tradit Pereir. deciſ. 47. n. 8. quæ opinio aperte colligitur ex L. ſumptus ff. de reivind. & ex Ord. lib. 3. tit. 86. § 5. cujus diſpoſitio procedit in fructibus perceptis ex ipsis meliorationibus, ut intelligit Pereir. loco ſupra citato, & ita iudicavimus in Senatu in ſimili controverſia.*

780 Quoad tempus, quo ſunt æſtimandæ meliorationes, convenio cum ſapientiffimo domino, ex notatis per doctiffimum Peg. ad Ord. lib. 1. in art. pacis gloſſ. 43. n. 48. late, & eleganter Nig. diſt. cap. 8. § 30. n. 3. & 12.

781 Quoad pretium ædium reſtituendum non invenio fundamentum, quo Actor condemnatur, quia Rei non oſtendunt, eum fuiſſe hæredem debitoris in ſolidum, neque in replicatione Actor directe fatetur, ſe eſſe hæredem hæredis, quare eum non condemnarem, præcipue cum Rei per reconventionem pertium non poſtulaſſent, quibus in terminis condemnationi non erat locus. Ulyſſipone 22. Januarii 1678. Quifel.

782 Licet dominium teſtibus probari poſſit, ut tradit Mascard. de probat. concl. 548. incipit teſtes, & etiam indiciis, & argumentis probetur, ut eſt text. in L. indicia 19. Cod. de reivend.

Tamen in præſenti non invenio indicia, quibus probetur dominium ædium contentionis apud Ferdinandum maioratus inſtitutorem, probatio etenim, quæ offertur ab Actore, conſiſtit in duobus teſtibus ſecundo, & tertio productis à fol. 340. & in aſſertione inſtitutoris in teſtamento, & inſtitutione fol. 11.

783 Teſtes iſti non reddunt ſufficientem rationem, ut dominium probent, & eam reddere tenebantur, etiam non interrogati, ut eis fides adhiberetur, non enim ſufficit dicere Ferdinandum poſſediſſe illas ædes, Mascard. de probation. diſt. concl. 548. n. 5. per ſimplicem namque poſſeſſionem non probatur dominium, nec ſatis erat dicere teſtes, ipſum poſſediſſe dictas ædes, ut ſuas, tenet cum Paul. Caſtr. Alex. Soccin. & aliis Mascard. concl. 540. incipit dominium non probari per ſimplicem poſſeſſionem n. 3. & quamvis id Mascard. ſupra num. 4. referat aliorum opinionem tenentium contrarium, intel-

ligitur, ſi teſtes deponant ſe vididiſſe Titium poſſediſſe pro domino decem annis, vel potius per tempus ſufficiens ad præſcribendum, ex L. ſiquis emptionis 8. §. 1. Cod. de præſcription. 30. Cyriac. contr. 258. n. 45. Quod hic teſtes non deponunt, & ita per eos non probatur dominium.

Et eodem modo non probatur aſſertione 784 Ferdinandi inſtitutoris fol. 11. licet enim aſſertio teſtatoris, quando ſumus in antiquis, probet in bonis ejus fuiſſe ea, quæ aſſerit eſſe ſua, ut per Mascard. concl. 778. incipit ſuperius n. 14. hoc intelligitur quoad legatarios, ſeu fideicommiſſarios, quoniam ſi teſtator viveret, non poſſet reficere quæſtionem domini legatariis, ſeu fideicommiſſariis, propterea quod allegaret turpitudinem ſuam, ſecundum Gloſſ. in Leg. cum res verb. in vacuum Cod. de probat. Mascard. proxime n. 15. vel etiam, quod hæredem poſt aditam hæreditatem non confeſto inventario, quia non poterit dicere teſtatoreſ fuiſſe mentitum, ut cum Bald. & aliis Mascard. proxime n. 18. & 19.

Verum quoad alios non probat teſtatoris aſſertio, ut in præſenti tenent Bald. & Alex. ex Mascard. n. 17. Peregr. de fideicommiſſ. art. 44. n. 20. verſ. item aſſertio.

Accedit, quod quando probationes imper- 785 feſtæ ad domini probationem admittuntur, eſt dum agitur de antiquis, quod in præſenti verificari nequit, quia non inveniuntur lapſi quadraginta anni, qui temporis lapſus ad minus requiritur, ut cum multis Peregrin. de fideicom. diſt. art. 44. n. 18. Valenz. conf. 105. n. 24. Cyriac. contr. 700. n. 3.

Quod corroboratur, quia hic agitur, an 786 ædes eſſent Ferdinandi inſtitutoris, aut ejus fratris Eduardi, qui ejuſdem fuit hæres, ac maioratus adminiſtrator, & idem debitor condemnatus, & virtute ſententiæ ædes prædictæ ſub haſta venditæ fuere Reo originario, & cum ſit contentio, an ædes fuiſſent iſtius, vel illius fratris, nec ſatis probetur dominium in Ferdinando, quia etiam ex teſtibus Rei à fol. 388. probatur poſſeſſio in Eduardo vivente fratre, ſequitur Reos eſſe abſolvendos ex defectu probationis, L. officium 9. ff. de reivind. Ex quibus, & aliis à docto patrono perpenſis pro appellantiſ ſententiam revocandam dicerem. Ulyſſipone 25. Februarii 1678. Vanveſſem.

Satis, & eleganter de juſtitia utriuſque li- 787 tigantis eſt diſceptatum, mihi vero circa probationem domini, ſuper qua maior eſt dubitatio, potius arrident primum, & ſecundum ſuffragium, illud enim conſtanter capit mens mea, domos, ſuper quibus lis eſt, ad Ferdinandum

dum maioratus fundatorem spectare, cum viderim ejus fratrem Eduardum vinculum non impugnavisse, quinimo ei paruisse non dubitatur, & quamvis in iudicio reivindicacionis possessor alieni domini exceptione uti valeat, tamquam agentis juris exclusiva, ut eleganter tenet *Barb. in L. si aliena 12. n. 4. & 77. ff. solut. matrim.* Attamen, quin ille à quo causam habet possessor, dominum suum non esse recognovit, parvi ponderis reputari debet talis exceptio, vel defensio, nisi alia concurrant, quibus res diversis terminis constituatur, & cum in præsentem Eduardus vinculum in ædibus impositum pateretur, quasi dominium suum non esse, immo fratris fundatarii profitendo, iuste non existimo Reos tentavisse huiusmodi defectu actionem inefficacem reddere.

788 Et licet Actoris testes maiori ex parte non nisi de possessione Ferdinandi deponant, quæ quidem licet domini sit inductiva, ex *Mascar. de probationib. concl. 540. n. 22. Mend. lib. 3. cap. 21. num. 38.* tamen plena probatio non reputatur, argumento *text. in L. naturaliter § nihil commune ff. de acquirend. hereditate, L. qui petitorio ff. reivindic. & insuper licet in reivindicacionis iudicio plena tantum domini, & non conjecturalis admittatur probatio, per ea, quæ *Bald. in L. indicia n. 3. Cod. de reivindic. & in L. cum res n. 10. Cod. de probationib. Menoch. lib. 6. conf. 576. num. 7.* tamen in præsentem licet titulus nobis non exhibeatur, quo Ferdinandus dominium fuit consecutus, qui quidem necessarius videbatur ex notatis à *Valasc. de jur. emphyt. quest. 9. num. 3 & quest. 14. num. 6. Surd. dec. 260. num. 11.* ipsum ex jam notatis dominium fuisse existimo, sæpe enim sæpius titulus non requiritur, sed sufficit possessio, quin annectatur fama, ut notat *Barb. dict. leg. qui aliena 12. n. 86.* Eo maxime cum præcitati Actoris testes fol. 340. & 345. de simplici possessione non deponant, sed verum fuisse dominium Ferdinandi asseverent.*

789 Sic dominio apud Ferdinandum probato, vinculoque in ædibus imposito, nulliter sub hasta venditionem Reæ viro fuisse factam, est indubium, & ad Actorem pertinere ædes, utpote maioratus successorem, indubitabilius, cætera namque, quibus Rei tentant actionem aufugere, satis in deliberationibus præcedentibus sunt restricta, & ideo cum primo, & tertio dominis doctissimis cõvenio quoad restitutionem ædium cum fructibus à tempore, quo devoluta fuit successio: qui quidè liquidabuntur juxta ædium æstimationem, attento tempore subhastationis, ut secundo domino visum fuit, & isti cum meliorationi-

bus compensentur, harum enim fructus ad meliorem pertinere, securius duco, ut secundus tenet dominus, & ad recuperandum subhastationis pretium indistincte RR. jus reservarem, poterunt enim magis eo uti contra creditricem virtute obligationis personalis contractæ in scriptura fol. 55. & 56. Ulyssipone 20. Aprilis 1678. Pinheiro.

Quid mihi de duobus tantum dicere incumbit, omnia enim alia, quæ in hoc processu discussa sunt ab amplissimis, doctissimisque patribus in deliberationibus aureo exaratis stylo, & ad Cleantis lucernam elucubratissimis resolvuntur; secundus liquidem, tertius, & quintus additionem rescindunt, in meliorationibus, tempore quo RR. Actoris possessionem demiserint æstimandis: convenient primus, secundus, & tertius, fructus scilicet mercedem domuum, ex illarum locatione obvenientes, juxta additionis tempus fore computandos, omnes ferme statuunt, sed Actori à tempore, quo ipse maioratus, cujus vinculo dictæ domus complectuntur, possessionem adeptus sit, secundus, tertius, & quintus autumant. Duo ergo adhuc pendent, omnes meliorationum fructus cum ipsis sint compensandi. Et quisnam Reis pretium, quo dictæ ædes sub hasta venditæ sunt, refundere teneatur.

Quoad primum meliorationum fructus cum ipsis non esse computandos, ultra copiose à secundo domino citatos, tenent expresse *Cald. de emptione cap. 27. n. 75.* ubi hanc opinionem in hoc Regno usu, & praxi receptam affirmat, *Gusman. de evict. q. 20. n. 50.* pluribus suo de more laudatis *Castill. de usufruct. cap. 57. n. fin. Fachin. contr. lib. 11. cap. 23. Gratian. forens. cap. 193. num. 3. Marescot. var. 2. cap. 112. n. 37.* & plures alii, quo magis tædiosum, quam difficile esset recensere.

Quoad secundum Actorem ad pretii non teneri refusionem opinor: agnoscimus eum hæredem non probari, & ita fructus à tempore tantum adepto possessionis iudicamus, quo pacto conciliari poterit, ut qui ad lucrandos fructus hæres non sit, ad restituendum pretium pro hærede iudicetur. Quin etiam nos additionem rescindimus, quasi Actor pecuniam, in cujus solutionem cessit pretium domuum, non deberet: ergo quem admodum ipse, si solvisset, quasi indebitum repetere poterat, ita & RR. poterunt ex *reg. text. L. cum quis 38. §. 1. & §. de peculio ff. de solutionib. explicat Valeron. de transact. tit. 4. q. 6. à n. 55.* solutio enim, quæ liberationem non producit (ut in præsentem, quia non debebatur ab Actore) producit tamen condi-

tionem contra eum, cui solutum est, & ideo cum secundo domino RR. jus indistincte reservarem, sed quia eximius magister secundo suffragatus loco, huius articuli resolutionem ad Senatum reservavit, ego etiam in Senatu conferam. Ulyssipone 25. Aprilis 1678. Pereira.

No feito de Henrique Pestana Travassos contra o Procurador da Fazenda de Sua Magestade, Escrivaõ o da Fazenda Luiz Gomes Pinheiro, se deo a sentença seguinte.

Acordaõ &c. Vistos estes autos, libello do A. Henrique Pestana Travassos, contrariado do Procurador da Fazenda, documentos juntos, e prova dada. Mostrase instituir Martin Ferreira hum morgado no anno de 1468. ao qual vinculou as casas, em que vivia na Praça da Palha, e a sua quinta de Malapados, junto á fonte do Louro, termo desta Cidade, e que sendo Antonio Travassos possuidor, e administrador deste morgado, lbe foraõ as ditas propriedades tomadas para os proprios por huma fiança que fez. Mostrase succeder o A. no dito morgado, por morrer sem descendentes o dito Antonio Travassos, e o A. ser seu sobrinho filho de seu irmão Henrique Pestana, pela qual razão trata de reivindicar as ditas propriedades, por quanto a arrematação que dellas se fez, não podia ter effeito alem da vida do dito Travassos, nem podia prejudicar ao Autor seguinte successor, que não recebe delle os ditos bens, mas da mão do primeiro instituidor. O que tudo visto, e o mais que dos autos consta, e como por parte do Procurador da Fazenda se não mostra cousa, que de condenação o releve, o condenaõ largue, e restitua ao A. os ditos bens com os fructos da demanda contestada em diante, que se liquidarão na execução, e lbe deixaõ reservado seu direito, contra quem entender que o tem. E seja sem custas por ser entre o Procurador do dito Senhor, e seu vassallo Lisboa 19. de Agosto de 1652. Marchaõ. Sousa. Monteiro.

793 Attamen sequendo deliberationes doctissimorum Senatorum, qui victi fuerunt, & non eruditissimorum Dominorum, qui victores evaserunt, constanter salva parte Senatus, & illorum, mihi magis arridet opposita resolutio, secundum quam, ut Actor possit in hac actione obtinere, tenetur agens ex sua parte probare dominium concludenter, alias Reus possessor venit absolvendus, ex L. fin. Cod. de reivindic. & ibi Aug. Barb. in collect. Mend. in praxi 2. p. lib. 4. cap. 2. n. 1. Et iudicatum fuit in causa, de qua infra n. 95.

794 Neque obstant, quæ adducta doctissime fuerunt à sapientissimis Senatoribus, qui victores fuerunt, quia ultra considerata ab aliis

sapientissimis, qui fuerunt victi: conjecturæ solum admittuntur, quando agitur incidenter, & per exceptiones de dominio, non vero quando agitur principaliter de reivindic. per actionis viam, tunc namque non præsumptivè, & per indicia probari debet, sed vere, & plene ostendi debet, prout concludunt, & notabiliter distinguunt DD. & Bart. in L. quidam in suo n. 4. ff. cond. inst. cui consentit Bald. in L. cum res n. 10. Cod. de probation. Mascard. concl. 538. n. 2. & seqq. & maxime n. 6. cæteris præstantius Paul. Emil Veral. dec. 280. Rot. Rom. p. 1. vers. dominium, quando agitur de reivindicacione, necesse est, ut probetur plene, sequitur Cocin. dec. 69. per tot. Anton. Faber in suo Codic. sub tit. de prob. dif. 69. n. 11. Gratian. forens. tom 4. cap. 678. n. 8.

Et non solum Actor debet probare suum 795 dominium, sed etiam sui antecessoris, Bart. in L. emptor fundi ff. pro empt. Capic. Galeot. tom. 2. contr. 53. n. 18. & 19. Noguero. alleg. 20. n. 12. Cancer. p. 1. var. cap. 15. num. 62. Surd. conf. 160. num. 11. & nos diximus tom. 1. forens. cap. 5. num. 54. Capyc. Latro conf. 113.

Non sufficit enim in hoc casu possessionis 796 probatio, nec dispositio antecedens, prout tenet Cyriac. forens. contr. 178. n. 57. & 58. Parela de instr. edit. tit 1. resol. 3. §. 2. n. 79. & 80. Idem Cyriac. contr. 653. n. 30. Neque etiam fama, Galeot. tom 2. d. contr. 53. n. 15. 16. & 17.

Nam licet possessio profit ad dominii probationem, L. quidam in suo, ubi gloss. ff. cond. 797 inst. Valasc. de jur. empb. q. 9. n. 13. vers. ex quo, Almeida. de num. quin. alleg. 5. n. 3. Girurb. de feud. §. 2. gloss. 9. n. 9. & observ. 116. num. 26. & alii apud Castejon alphabet. jurid. verb. dominium n. 5. Hoc intelligitur, quando incidenter deducitur, ut fatentur citati, non vero quando principaliter, & ideo non sufficit probare dominium de præterito, sed de præsentis, ut notat Mend. 2. p. d. cap. 2. n. 1. vers. nec.

De probatione enim dominii antiqui, & 798 de præterito non resultat probatio dominii de præsentis, ut sentit communiter Gloss. & interpretes in d. L. cum res Cod. de probat. Bart. in L. quidam in suo n. 4. vers. aut ad probationem ff. de conditionib. institution. Pariz conf. 27. n. 128. & conf. 104. num. 8. lib. 1. Cornev. conf. 63. lib. 3. Mascard. conclus. 536. n. 6. Tusc. lit. D conclus. 611. n. 124. ad quod debent ponderari verba text in d. L. officium 9. ff. reivindicat. ibi. Ubi enim probavi rem meam esse, necesse habebit possessor restituere; textus enim non loquitur per

per verba, *fuisse*, de præterito, sed per verbum, *esse*, de præsentī: ex quibus manifeste colligitur non sufficere probationem domini antiqui, sed requiri probationem de præsentī, & de præterito in persona, in cuius jus successit, ad hoc ut possessor sit condemnatus, ad quod etiam requiritur domini probatio, tempore actionis reivendicationis, ut probat *text. in L. ex diverso 36 § 1 ff. de reivendicat. L. eum qui 8. §. si petenti ff. public. L. & quæ nondum 15. §. quod dicitur ff. pignorib. Mend. d. cap. 2. n. 1.*

799 Et quamvis *Mascard. conclus. 546. num. 4 & 5.* teneat contrarium, quia dominium præsumitur continuatum, & mutatio minime præsumitur: nihilominus nostra opinio est communis, & fundamentis longe solidioribus nititur, multæ enim sunt causæ, ex quibus acquiritur, & amittitur dominium, tam jure gentium, quam jure Civili, *Gloss & DD. in L. in rem actio ff. de reivendicat. L. ex hoc jure ff. de justit. & jure L. 1. ff. de acquirend. rer. dominio.* Unde frequenter solet contingere, quod quandoque quis fuerit dominus uno tempore, & quandoque alius de præsentī, ut recte adnotat *Corneus cons. 63. n. 12. lib. 3.* Atque ita domini probatio etiam antiqua non concludit per necesse dominium de præsentī, sed per possibile, quod sufficiens non est *Cap. in præsentia de probationib. L. nec natales 6. Cod. de probat. ubi Barb. utrobique.*

800 Et quando domini antiqui probatio attenditur, est tantummodo in vim præsumptionis, quod olim dominus præsumitur de præsentī dominus, & cum hæc probatio sit præsumptiva præsentis domini, non sufficit ad obtinendum in judicio reivendicationis, ubi deducitur quæstio domini principaliter, & per viam actionis, ut diximus, & concludit *Tusc. d. conclus. 711. num. 126.* & ideo non relevat probatio domini antiqui, & de præterito, ut cum multis, quos refert, & sequitur, tenet *Gratian. forens. cap. 293. numer. 11.* de qua re est videndus *Hermosill. L. 53. gloss. 5. n. 19. tit. 5. partit. 5. Vela differt 48. num. 3.*

801 Quomodo autem probetur dominium, tam præsumptivè, quam concludenter ad maioratus, & aliorum bonorum reivendicationem, vel exceptionem, diximus *Forens. cap. 5. n. 45. & seqq. Valasc. de jur. emphyt. q. 9. n. 7.* relati ab *Ozuald. lib. 20. commentar. cap. 2. lit. R, & S, Barb. in L. 12. n. 79. 83. & seqq. Vela differt 46. num. 10. & 29. Hermosill. L. 23. gloss. 8. n. 5. tit. 5. partit. 5. Pareja de editione instrumentor. tit. 1. resol. 3. §. 2. n. 79. Salgad. 2. p. labyrinth. creditor. cap. 22. n. 74.*

Tondut. lib. 2. q. 41. Surd. dec. 10. Mascard. conclus. 536. & seqq. Balsased. de collectis q. 8. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 42. Castejon Alphabet. juridicum lit. D verb. dominium, Otero de act. lib. 3. cap. unic. §. 1. Fermosin. in rubric. de caus. pass. & propriet. novissime Rosignol. de contract. contract. 1. prænot. 2. de modis acquirend. rer. dom. & ad maioratus probationem, & domini.

Et ad nostrum intentum concludenter probatur per scripturam ex contractibus, & titulis contentis in *Ord. lib. 3. tit. 59.* ex quibus acquiritur, si probetur Actoris, & antecessoris, *Surd. cons. 260. n. 11. Concer. 1. p. varriar. cap. 15. n. 62. Noguerol. Galeot. & alii,* quos ego ipse refero *Forens. cap. 5. n. 54.*

Aut per sententiam transactam in rem judicatam, *Gratian. tom 3. forens. cap. 403. n. 3. Mascard. concl. 541. n. 12. & 542. n. 14. Reynos. obs. 6. per tot.*

Aut per subhastationem, *Mangil de subhast. q. 126. n. 3. Posth. de subhast. inspect. 53. num. 1. 4. & 44. Pereir. dec. 70. n. 5. Cald. de emptio. cap. 12. à princip. & probatur per Ord. lib. 3. tit. 91. §. 1 & lib. 4. tit. 6 §. 4.* Si realis accedat traditio, aut possessio, ut explicat *Sous. de Maced. dec. 27. n. 2.* quem ego ipse refero *Forens. d. cap. 5. n. 56.*

Aut per adjudicationem in judicio partitionum, ex qua absque traditione dominium in hæredem transfertur, *§. fin. instit. de Offic. Judicis Valasc. de partit. cap. 2. n. 6. Gratian. Egid. Pereir. Reynos. Riccius Cald. Posth.* quos ego ipse refero *Forens. d. cap. 5. n. 52. & n. 53.* quod prætextu hujus domini potest reivendicare res adjudicatas à quibuscumque possessoribus per ipsas chartas.

Non vero probatur concludenter per testes, quia cum requiratur scriptura ad domini probationem secundum dispositionem *Ord. lib. 3. tit. 59.* probatio est nulla. licet contrarium judicaretur in causa D. Mariæ Pimentel adversus Mariam Cardoso apud Notarium Emmanuelem Gomes Machado, anno 1679. contra ea, quæ *Thor. in compend. decision. p. 3. verb. dominus.*

Neque dictum dominium probatur per solam venditionis scripturam Actoris *L. proprietatis Cod. de probationib. L. cum res Cod. eodem,* quamvis instrumenta sint antiqua, ut notant *DD. in d. L. cum res Cod. de probationib. Mascard. conclus. 541. num. & seqq. Tusc. lit. D. concl. 611. num. 34. Afflict. dec. 40. num. 1. Barb. in L. si alienam num. 86. ff. solut. Sess. dec. 191. num. 20. Pareja de instrumentor. edit. tit. 11. resol. 3. §. 2. n. 79.* Licet contrarium quando instrumentum sit antiquum, teneant ex *L. indicia Cod. reivendicat. Rustin.*

Ruin. conf. 14. n. 7. & 8. vol 4. Abbas conf. 64. n. 11. & 23.

808 Neque etiam probatur per instrumentum dotis, ut tenet *Mascard. conclus. 541. num. 4.* neque ex scriptura donationis, *Afflict. dec. 14. n. 8. Mascard. concl. 541. n. 7.*

809 Neque per testamentum, quia non sufficit agenti reivindicacione contra alicujus rei possessorem ostendere testamentum, in quo res est sibi per testatorem jure legati, vel fideicommissi relicta, nisi probet testatorem dominum fuisse ejusdem rei, sibi per fideicommissum relictae, *Bald. in L. cum alienam Cod. de legat. & ibi Alexand.* qui hoc procedere dicit, etiam si legatum, vel fideicommissum esset relictum piæ causæ, *Aymon. conf. 61. numer. 5.*

810 Et si concludenter non probetur dominium, debet Reus absolvi, sufficit enim possessio ad obtinendum, *L. uti frui 4. ff. si usufructus petatur, L. is qui destinavit ff. de reivindicat. & est text. elegans in L. fin. Cod. eodem ibi: Res alienas possidens licet justam tenendi causam nullam habeat, non nisi suam intentionem implenti restituere cogitur. Gratian. dec. 353. n. 33. Molin. disp. 628. num. 2. Posth. post tract. de manut. dec. 517. num. 1. usque ad 4.*

811 In judicio enim non metitur jus ex defectu Rei, sed ex persona Actorts, *Bart. in authent. hoc loco num. 12. vers. tertio Cod. de secund. uupt. neque curamus de jure possessoris, si non constat de jure petitoris, d. L. fin. Cod. reivend. Surd. conf. 150. n. 89. Noguevol. alleg. 25. n. fin. Castell. lib. 5. tom 6 contr. cap. 122. n. 1. in med. Cyriac. contr. 281. n. 40. Altograd contr. 4. n. 8. & contr. 6. n. 34. & contr. 47. num. 12. Giurb. de feud. §. 2. gloss. 9. num. 4.*

812 Et si probetur dominium, debet in reivindicacione Reus condemnari non solum ad rei restitutionem, *L. si qua 3. Cod. ne rei dominicæ, L. 2. Cod. de fund. & saltib. rei dominicæ, L. 1. Cod. de fide instrum. Pelegrin. ubi supra.*

813 Sed etiam tenetur ad fructus in hac reivindicacionis actione, ut ultra citatos *Caminb. & Cost. annot. 2. forma de libellos*, est textus expressus in *L. domum Cod. reivendic. L. certum Cod. eodem, L. si nulla Cod. de acquirend. possess. cum aliis, de quibus ego ipse in Allegat. impressa pro Comite de Vimioso sobre Pernambuco num. 103. & 104. & ultra quos refero, sunt etiam text. express. in d. L. 1. & in L. filio 16. §. contra tabulas ff. in officios. testam. Mastrill. dec. 29. n. 5. Barbof. in L. divorcio 8. §. fin. 1. p. n. 46. vers. similiter, Somoza de regia 4. p. cap. 14. num. 140. Faber*

in ratic. ad Leg. Julianus §. idem Julianus ff. de reivend. gloss. 3. Castell. tom 6 contr. cap. 135. n. 25. Otero de act. lib. 3. cap. unic. §. 1. num. 26.

Et quid in vineis positis in bonis maiora- 814 tus, & datis, & divisis per permutationem, de qua constabat per confessionem in precibus, & articulis, & quando competat actio, vel non successori, judicatum fuit in causa sequenti.

No feito de Joã Freire de Mello contra 815 Dona Joanna Botelho, Escrivã Manoel Pinheiro da Costa, se deo a sentença seguinte.

Emmanuel Pereira transactione cum sorore Domina Maria cõtraxit 19. Maii 1625. qua sorori dedit in dotem 13500. aureos, & ipsa in fratrem transmisit prædium de Carvalhode quo agitur in hoc processu, constat ex scriptura dotis, & transactionis fol. 53. quam propria signavit manu, nomen suum exarando, si fides adhibenda est notario fol. 55.

124 Rursus anno 1632. 20. Augusti maioratui á patruo instituto hoc prædium do Carvalho congregavit, ut patet ex scriptura fol. 48. & in hac scriptura dixit dictus Emmanuel quod prædium de Carvalho, & alia per ipsum maioratui unita, transeant ad Monasterium Divæ Claræ, casu, quo soror filios, aut nepotes non relinquat, in qua etiam D. Maria propria manu signavit, ut Tabelio tes-

tatur fol. 50. & ibi dictus Emmanuel fuit protestatus, quod usque ad ultimam horam poterit mutare, aut revocare in partem, vel in totum, quod in dicta scriptura continetur, de quo etiam extat alia scriptura fol. 55. condita 28. Julii 1632. Deinde in testamento fol. 59. etiam maioratui congregavit Villam da Costa, de qua etiam agitur sub eadem conditione, nempe, quod si soror hæres instituta absque sobole decessisset, ad dictum Monasterium transeat, & de hoc sororem fideicommissarie rogavit, ut apparet fol. 62. vers.

Postea 8. Januarii 1664. quamplurimis¹²⁵ elapsis annis post mortem Emmanuelis, & confectionem scripturarum aliam fecit Maria, quæ refertur fol. 253. ubi ait, quod non acceptavit conditiones, & onera in l. prædictis scripturis apposita, & quod Villas da Costa R. donavit, & per alteram scripturam fol. 256. eodem modo donavit prædium de Carvalho, in quibus D. Maria nomen non exaravit, imo dixit signare ignorasse, quapropter alius ad illius postulationem signavit, ut constat ex fine cujuslibet scripturæ.

Intrat quæstio facti, & quæstio juris, scilicet¹²⁶ an dicta Maria prædictas signavit scripturas, & an onera, & conditiones rejicere valuisset.

Obfirmo me vidisse, & accurate inspexisse¹²⁷ non solum Tabellionum examen fol. 261. sed ipsosmet libros notariorum, in quibus originales extant scripturæ, ubi Tabellio testatur Mariam propria manu signasse, & originalibus visis evidenter patefcit, non esse eandem manum, quæ D. Mariæ de Cerqueira exaravit in scriptura transactionis facta 19. Maii 1625. & quæ in cæteris scripturis tale figuravit nomen.

Ego credo nomen appositum in dicta transactionis scriptura manu ipsius Mariæ fuisse de pinctum, moveor, quoniam testes Emmanuel Soares de Gouvea fol. 105. in hoc processu se refert ad depositionem, quam in alio fecerat, & ibi fol. 114. affirmat aliam fecisse scripturam, in qua ipsa D. Maria cunctatè, & lente nomen exaravit, & ita ut in arte scribendi parum exercita nomen in aliquibus scripturis fecisse videtur, non vero in aliis, ubi optimis characteribus illius invenitur nomen, qui quidem visis originalibus literæ mariti valde assimilantur.

In hac scribendi difficultate nititur meo¹²⁹ videri illa protestatio in quamplurimis scripturis apposita, nempe, quod signare sciebat, sed quod tunc erat impedita, quapropter alium rogabat, ut pro ipsa signaret, de quibus fol. 175. cum seqq.

Neque

130 Neque contrarium liquido resultat ex probatione R. licet enim testes fol. 122. qui omnes D. Mariæ interfecendo in illius domo per aliquot annos cōmorarunt, dicant illam nunquam legere aut scribere vidisse, & quod ad referendum marito absenti, & ad legendum illius epistolae extraneam vocabat personam, hoc non probat, quod ipsa cunctanter nomen tuum scribere igrorasset, nam ob evitandam molestiam legendi, & scribendi, quæ ex hoc parum peritis resultat, manu aliena uteretur, etiam si totaliter non igrorasset.

131 Ex quibus cum scriptura, ubi onus, & conditio restituendi monasterio prædium, de quo agitur, sit illa, quæ facta fuit 12. Augusti 1632. ubi nomen Domine Mariæ de Cerqueira speciosis characteribus extat exaratum, manu ipsius depictum non fuisse credo, immo suspicor maritum illud scripsisse, cuius literæ in originali assimilatur.

132 Ex ista literarum comparatione à me sedulo examinata, bonam causam R. resultare videbatur, quoniam si Domina Maria in dicta scriptura non signavit, non mansit obstricta ad restitutionem faciendam Monialibus prædiorum, de quibus agitur.

133 Sed quidquid sit de hoc, quæstio ista, an Domina Maria signavit, vel non signavit scripturam, nunc ventilari non potest, neque decidi, quoniam jam fuit agitata in alia lite, ut constat ex illius exemplo fol. 181. cum seqq. & decisa per sententiam huius Senatus fol. 201. quæ quoad hoc non fuit reformata in superiori Senatu per sententiam fol. 205. & cum in rem transivit iudicatam, non est amplius disputandum de illius iustitia, aut iniustitia, *Cyriac. contr. 81. num. 32. Valenz. conf. 123. num. 6.* immo solum quæri oportet iudicatum sit, vel non cum sententia faciat de albo nigrum, & æquet quadrata rotundis, ut ait *Surd. conf. 339. num. 18. Acurt in L. si non sortem §. hærediff. de condict. indeb. Donel. lib. 14. com. cap. 14. Valentia 2. illustr. tract. 2. cap. 8. in princ.*

134 Neque replicari valet sententiam illam nocere non posse appellanti in hoc processu, ex eo quia sæpe constitutum est res inter alios iudicatas aliis neque prodesse, neque nocere posse juxta *L. sæpe 63. ff. de re jud. L. Lucius 21. de his qui not. infam.* cum mille aliis allegatis per *Valenz. supr. cap. 10. n. 2.*

135 Quoniam respondetur sententiam latam inter legitimos contradictores, & ad quos principaliter negotium expectat, cæteris omnibus etiam ignorantibus nocere, quorum jus ex illius, qui litigavit, jure dependet, & veluti accessio est, ut quamplurimis juribus,

& exemplis firmat, & exornat *Valenz. dict. cap. 10. n. 4. & seqq. Salgad. de protect. 4. p. cap. 8. num. 311. Molin. de primog. lib. 4. cap. 8. n. 3. Gom. L. 40 Tauri n. 73. Sanfel. decis. 90. n. 1.*

Unde cum dicta sententia, qua iudicatum 136 fuit Dominam Mariam dictam scripturam signasse, oneraque acceptasse, lata fuisset inter ipsam, & monasterium A. tunc fideiussionem de restituendis prædiis, de quibus agitur, petentem, & cum ex ipsa signatura, & onerum acceptatione jus appellantis totaliter dependeat, ipsi nocere debet supra relata sententia, maxime quando monasterium partem suæ actionis fundat etiam in illa, ut patet ex undecimo articulo libelli, quapropter istam facit quæstionem: ita resolverem, & forte aliud iudicarem inspectis originalibus scripturis, si prædicta sententia jam in rem iudicatam transacta non esset.

Etiam ex alio capite R. subvertitur jus, 137 nempe, quia dictus Emmanuel in testamento fol. 59. fideicommissarie rogavit sorori, ut prædium de Carvalho, & Villam da Costa restituat Monialibus, casu quo absque sobole decessisset, & cum ipsa Emmanuelis extitit hæres, ut manifeste colligitur ex testibus, tamquam hæres tenebatur voluntatem defuncti fratris adimplere, neque obstat oneris, & conditionis renuntiatio, quam sero fecit, nec tempore delatæ hæreditatis facere valebat, non enim poterat commoda hæreditatis acceptare, & onera respuere, *Valenz. 3. illustr. tract. 1. c. 3. n. 22.*

Non est ergo dubium, quod Moniales ha- 138 bent adversus R. actionem, sed non habent actionem in rem utilem, de qua loquitur *Consultus in L. 1. §. qui in perpetuum ff. si ager vectig. Phæb. 1. p. decis. 30. num. 3. Pereir. decis. 128. num. 4. & 129. num. 3. & 4.* ut putavit AA. patronus. Ut enim reivindicatio utilis AA. competeret, necessarium erat, quod ista emphyteutica prædia, de quibus agitur, illis tradita fuissent, quorum possessionem casu amisissent. Unde cum putant fundos emphyteuticos non traditos, sed promissos habent Moniales conditionem triticariam, *text. in L. 1. in princ. ff. de condit. indeb.* ut late, & optime de more explicavit semper memorandus Præceptor, & Collega meus insignis velpararius *Antonius Pereira da Cunha in aureis manuscriptis, ad dict. L. 1. §. qui in perpetuum ff. si ager vect. vers. ad tertium argumentum contra principalem conclusionem.*

Non illiditur huiusmodi conditio ex na- 139 tura prædiorum, de quibus agitur, quoniam etiam si prædium de Carvalho sit emphyteusis Ecclesiastica, & ut talis non possit ad extraneos

traneos devenire, *Cald. de nominat. q. 23 per tot. Valasc. de jur. emphyt. q. 44 num. 9. Reynof. observ. 14. num. fin. Cyriac. contr. 113. num. 3.*

140 Tamen ista doctrina limitatur, quando nominandi libera potestas concessa fuit, *Cald. supr. q. 19. num. 29 Clar. §. emphyteusis q. 28. num. 10. Phab. 1. p. decis. 90. num. 5. Cald. de potest. elig. cap. 16. num. 49.* Et ista libera potestas nominandi concessa invenitur in concessione emphyteusis prædii de Carvalho fol. 268 veri. in fin. atque ita in illa Monialis succedere valent, dum tamen intra annum illam vendant juxta *Ord. lib. 2. tit. 18.*

141 Eodem modo, & potiori jure in Villa da Costa, quia non apparet documentum, quo probetur prædium hoc Ecclesiasticam esse emphyteum, & quod libera potestas nominandi non fuit in illa concessa.

142 Cætera, quæ ex parte R. in hoc fastidioso processu allegantur, non multum ponderis habent, ideo amplius non immoramur.

Ex quibus quoad restitutionem prædii do Carvalho, & Villæ da Costa Judicis sententiam confirmarem; sed R. non condemnarem in restitutione fructum ex tempore occupationis, immo tamen ex lite contestata, quoniam Rea titulo possedit, & titulus etiam invalidus liberat à fructuum restitutione, utque ad litem contestatam, quia dato tali titulo præsumitur bonæ fidei possessor, & succedit regula *L. bonæ fidei ff. de acquirend. rer. domin. Giurb. decis. 89. n. 16. & num. fin. Portu 12. Maii 1671. Doctor Portugal.*

143 Identicam similitudinem, tam circa materiam, & actionem, quam circa ejus decisionem habent inter se iste, & alius processus, inter easdem partes ventilantur, & ita in præfenti, eadem est mea sententia, & resolutio, cum per ea, quæ ex dictis apparent, ab eodem tramite recedi, & devitari non licet: & minus commorari super signis in scripturis inclusis positis, nam quæstio ista jam fuit ventilata, & in rem judicatam transivit: & res judicata, ut est vulgare, pro veritate habetur, & sententia juste lata præsumitur, *per text. in L. si non sortem §. hæredi ff. condit. indebit. L. Heronius 65. §. Caias ff. de evict. Cald. Pereir. de empt. cap. 34. num. 40. Gam. decis. 110. num. 5. cum alii;* & sic hæc dubitatio sine dubitatione procedit, eo maxime cum confitet, quod Dona Maria de Cerqueira Emmanuelis Pereira, cum tali onere hæres extitisset iuxta materiam *Legis hæredem ff. reg. jur.* & ibi DD. & conditio, si sine liberis, adimpleta fuisset juxta materiam *L. dum Avus, & simil. ff. de cond. & demonstr. & ibi DD.*

neque Monialibus officit, quod dicta prædia possent esse Ecclesiastica, quia non apparet ex actis, & sic liberæ nominationis judicare debent: quapropter Judicis sententia confirmetur quoad restitutionem Prædiorum contentione cum declaratione fructuum à lite contestata ex fundamentis doctissimi Domini deliberantis. Porto 24. de Mayo de 1671. Guevara.

Aqua sententia fuit gravamen interpositum ad Supplicationis Senatū. Ubi fuit confirmata. Judices: Vellez. Doctor Tavares. Et fundata fuit in deliberatione sequenti.

Similem in omnibus huic alterum processum, inter AA. & quendam Emmanuelem Ferreira, nona præfentis mensis die transtulit à me deliberatum, in sequentem Dominum sapientissimum, qui meo adherens suffragio, sententiam scripsit, confirmato inferioris Senatus placito. Causa, & materia est eadem. Tota controversia tendit ad scopum falsitatis allegatæ, videlicet, Mariam Cerqueira scribere nescire, & sic subscriptionem, ejus nomine, in scripturis insertis, esse suppositam, & contentitiam: hoc tamen est contra fidem Tabellionis declarantis ipsam Mariam propria manu signasse. Quod magis verosimile est, nobiles quippe faminae pudoris causa, nomen suum ad minus firmare ediscunt. Unde hæc Maria jam senio annorum confecta, & caduca, temere donationem fecit R. fol. 256. quæ nullius est momenti, ut optime decernitur in doctissima deliberatione à fol. 288. cui annuit secunda non minus elegans. Confirmetur igitur Portuensis Aulæ sententia. Ulyssipone 21. Junii 1672. Doctor Tavares.

Intrepide sententiam amplector. Vellez.

Idem etiam judicatum fuit in simili processu da Abbadessa de Santa Clara da Villa de Amarante, com Manoel Ferreira da Cunha, Escrivaõ Manoel de Goes Pinheiro, de qua fit mentio in deliberationibus transcriptis in alia sententia retro proxima.

At vero si maioratus fuerit institutus per contractum, aut donationem, non potest revocari eo prætextu, quod non fuerit donatio, aut institutio insinuata, quia in tali institutione non requiritur insinuatio, *uterque Molin. unus de primog. lib. 2. cap. 8. num. 14. alter de just. disp. 279. vers. utrum vero Hermosill. ad Greg. Lop. gloss. 26. L. 19. tit. 4. part. 5. n. 30 Barb. ad Ord. lib. 4. tit. 62. num. 14.* Et ita consului in institutione facta ab Antonia Joaõ Giralda Civitatis de Vizeu in personam Canonici Paulo de Leão, & tradit etiam *Portug. de don. reg. tom. 1. lib. 1. cap. 3. n. 38. & vide Giurb. observ. 37. & 38.*

Sed

148 Sed poteſt revocari maioratus, etiam factus, & erectus per contractum, & donationem, ex filiorum nativitate intra legitimas, quia in hoc caſu tantummodo ſuſtinetur in tertia, ut iudicatum fuit in caufa Commendatariæ da Encarnação cum Comite Divi Jacobi, apud Notarium Ordinum Militarium, ut ſupra diximus, de qua re vide *Hermosill. in L. 8. gloſſ. 2. & ſeqq. tit. 4. part. 5. & in ſpecie Gloſſ. 3. num. 25. & gloſſ. 4. num. 9. Mier. p. 1. de maior. q. 21. num. 82. & ſeqq. Portug. de don. reg. 1. p. præluđ. 2. num. 23. & ſeqq. de qua re nos etiam in legitimatione diximus in comment. ad Ord. tom. 2. ad tit. 3. gloſſ. 4. cap. 23. pag. 73. late Faria in add. ad Covas lib. 2. var. cap. 9.*

149 Atque ita regulariter manet erecção maioratus facta per viam dotis, & acceptata, irrevocabilis, licet habeat clauſulas importantes libertatem revocandi, ut late fuit diſputatum, & iudicatum in caufa ſeq.

150 No feito de revista de André de Almeida Felix, & ſeus irmaõs contra Luiza de Fonſeca, & ſeu filho Gaspar Cardoſo do Amaral Reos, Eſcricao Manoel de Goes Pinheiro, ſe deo a tenença ſeguinte.

Acordaõ em Relação &c. Viſto o Aitará do dito Senhor, pelo qual foy ſervido mandar rever eſte feito. Aggravado he o ſupplícante pelos Deſembargadores dos agravos, Juizes delle, em revogarem a ſentença do Juiz do Civil, abſolvendo ao ſupplícado da reſtituição dos bens da Capella, de que ſe trata, perdidos pelo ſupplícante, revogando ſua ſentença, viſtos os autos, e como por elles ſe moſtra, que querendo Anna Correa da Coſta caſar a ſua enteada, e parenta. Dona Luiza de Almeida, com o Doutor Francisco Cardoſo do Amaral, he fez de todos os bens conthebudos na eſcritura fol. 40. dote, entre os quaes foy da administração de huma Capella, que poſſuía, que declarou a inſtituir ſeu irmaõ Antonio Correa da Coſta, com facultade de a poder nomear, e neſſa fórma a nomeava, e dotava na dita Dona Luiza de Almeida com declaração que não tendo filho, ou filha, ou deſcendente, a poderia nomear em qualquer de ſeus irmaõs della dotada, a ſaber Manoel Felix de Almeida, ou Francisco Rodrigues Lopes, e não ſendo vivos, em ſeus filhos, ou filhas, ou deſcendentes delles de legitimo matrimonio, e não os havendo a poderia nomear em quem quizeſſe, quer ella dotadora ao tal tempo foſſe viva, ou morta, e conforme a Direito, ficar firme, e irrevogavel o dito contrato, por ſe haver adquirido por elle direito á dita dotada, e a ſeus irmaõs chamados para a ſucceſſão da dita Capella na falta dos filhos,

e deſcendentes da dita dotada, maiormente havendolhe os ditos ſeus irmaõs largado nas caſas, que he foraõ dotadas a parte que nellas tinhaõ, e aſſim não ſe poder revogar o dito contrato oneroſo em ſeu prejuizo della dotada, e dõs ditos ſeus, pela eſcritura da doação feita ao dito Doutor Francisco Cardoſo do Amaral, cinco annos depois da eſcritura do dito dote, principalmente não outorgando nella a dita dotada, nem ſeus irmaõs que baviaõ aſſinado na dita eſcritura de dote, e a haver de ſe regular a fórma da ſucceſſão da dita Capella pelo dito contrato, por não conſtar por nenhum outro da inſtituição della, nem da que ſe diſſe pela dita dotadora fizera o dito ſeu irmaõ Antonio Correa da Coſta, dos bens da dita Capella, e ſer a facultade da nomeação della no dito contrato ſómente concedida á dita dotada, e não á dita dotadora Anna Correa da Coſta, e aſſim haver de ſer de nenhum eſfeito a nomeação da dita Capella feita pela dita dotadora ao dito Doutor Francisco Cardoſo do Amaral, por haver abdicado de ſi pelo dito contrato irrevogavel do dito dote, todo o direito, que podia ter nos bens da dita Capella, e nomeação della, e ſer ſómente concedida á dita dotada a facultade de nomear por ſua morte livremente a dita Capella, não ſendo vivos ao tal tempo os ditos ſeus irmaõs, nem ſeus filhos, ou deſcendentes, porque ſó neſte caſo podia fazer nomeação livre della em quem quizeſſe, e a palavra (poderá) impoſta na dita nomeação, conforme a Direito, e reſolução dos Doutores, haver de ſe entender no caſo preſente de neceſſidade, para haver de fazer nos ditos chamados com facultade ſómente de eleger hum delles ſem preferencia de grao, ou ſexo, e ſó no caſo, que por ſeu falecimento os não bouveſſe, poderia nomear livremente em quem quizeſſe, e como ſe moſtra falecer a dita dotada ſem della ficarem filhos, nem fazer nomeação da dita Capella em nenhum dos chamados, ficou ſucedendo nella o dito ſeu irmaõ Manoel Felix de Almeida, pay do ſupplícante, por ſe achar ao tal tempo vivo, e por ſua morte o dito ſupplícante ſeu filho mais velho. Por tanto julgaõ pertencer he a dita Capella, e condenaõ ao ſupplícado abra maõ dos bens della, que ſão declarados na dita eſcritura de dote fol. 43. e na ſentença do Juiz, e os reſtitua ao ſupplícante, e o condenaõ outroſim nas cuſtas dos autos. E mandaõ, que ao ſupplícante ſe torne a caução depositada na fórma da Ley. Lisboa 1. de Agoſto de 1679 Quifel Pinheiro. Andrade Rua. Sylva e Souſa. Lopes Oliveira. Cerqueira. Doutor Freire.

Hæc ſententia fundata fuit in deliberationibus

nibus sequentibus factis ad informationem revisionis.

151 Agitur de Capella tantum, de qua in sententia, ad hoc namque solummodo admissa fuit petitio revisionis, ut fol. 1. ad marginem.

Et videbatur secundum libelli narrationem supplicantes justitiam fovere; ex eo quia in libello fatetur, Capellam ab Antonio Correa fuisse institutam, vocatamque ejus sororem ad illius administrationem cum libera facultate eligendi administratorem, & ipsa Anna dotando eam Capellam per scripturam à fol. 40. idem factus fuit, dictam dotatricem non potuisse restringere facultatem, substitutiones, & fideicommissi, ut est communis Doctorum sententia in *L. unum ex familia ff. de legat. 2. ut per Molin. de primog. lib. 2. cap. 4. num. 10. Valenz. cons. 155. n. 14. Fusar. de substit. q. 5. 11. per totam*: quoniam is, cui electio concessa est, non potest electe gravamen substitutionis, seu fideicommissi, vel quodlibet aliud imponere *ex vulgari regula L. ab eo cum similibus Cod. de fideicommiss.* qua constitutum est neminem gravare illum posse, quem non honorat, & ita expresse cautum reliquit *Rapinianus in dict. L. unum ex familia §. si de falsidia, ibi: Non enim facultas necessariae electionis propriae liberalitatis beneficium est, quid enim est, quod de suo videatur reliquisse, qui quod reliquit, omnino reddere debuit?* Et cum facultas electionis fluat ab eadem necessitate primordialia institutoris, ideo principaliter, & per prius attendi debet nec actus secundarius elegantis unum, vel alterum est in consideratione, nec attendendus, ex *L. is qui ff. de liberal. caus. & L. 1. ff. de auctor. tutor. cum aliis adductis ab Aug. Barbof. axiome 54. n. 4. Carpio de execut. testam. lib. 2. c. 19. n. 20. & 21.*

152 Secundo, quia in dicto contractu dotali libera facultas per verbum, poterit, affirmative prolata, concessa fuit dotatae eligendi quem vellet, & verbum poterit affirmative prolata in contractibus non inducit necessitatem, sed liberam denotat facultatem, ut tenent *DD. per text. in L. saepe ff. de offic. Praesid. L. 1. Cod. quomod. & quando jud. L. non quidquid ff. de judic. Bart. in L. Gallus in princip. ff. de liber. & posthum. Gratian. forens. c. 630 per totum.*

153 Tertio, quia ipsa dotatrix aliud instrumentum à fol. 49. abstulit dictas substitutiones, de quibus fol. 44. & liberè à vinculo, & cum onere tantum eam alimentandi, ut alimentavit ipsi patri supplicati, cui in prima scriptura quando uxorem dotaverat, & ita revocavit primam nominationem, quod efficere vide-

batur posse ex natura maioratus Hispaniae, qui revocabiles sunt, ut per *Molin. de primog. lib. 6. cap. 2. à princ. & omnes DD. Hispani, qui ita testantur, allegari possunt.*

Verum his, & aliis, quae pro parte contraria, minime refragantibus, injustam esse sententiam teneo indubitanter quoad Capellam ex sequentibus.

Aut enim instituta fuit Capella cum vinculo maioratus ab Antonio Correa fratre dotatricis, aut absque vinculo reliquit bona illa sorori cum onere mislarum tantum: utroque dato, nullum jus habent supplicati ad hæc bona, & injuste ea detinent, nec maritus, & pater eorum jus habuit ea retinendi post mortem dotatricis, ut infra dicam.

Si Capella fuit instituta cum vinculo maioratus ab ipso Antonio Correa, vocata in administrationem Anna ejus sorore cum facultate eligendi administratorem, ipsa in contractu dotali à fol. 40. potuit eligere privignam, quia erat consanguinea, & in proximiori gradu, & licet hoc casu non posset ei imponere gravamen, de quo fol. 44. non ideo succedere poterant supplicati in hac Capella, nec eam retinere poterat juris fomento eorum maritus, & pater post dictæ Annæ obitum; non sunt quippe de sanguine instituentis, & extraneus, qui non est de familia, eligi non potest ad maioratum, seu Capellam electionis, ut aperte præsentit *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 4. & 5. & tamquam indubitatum supponit lib. 1. cap. 4. n. 13. Cabed. 1. p. decis. 33. n. 1. & 2. ubi eo ipso, quod maioratum quis instituit, bona in propria forma velle perpetuo conservare censendus est, etiam si eligendi facultas data sit successori maioratus in amplissima forma, & per verba quantumcunque generalia, & liberam, ac absolutam voluntatem significantia, qui intelligitur concessa, ut eligere debeat, ex his, qui de familia sint, nec extraneum eligere possit, tenent *Menoch. cons. 497. Castill. lib. 5. c. 87. num. 33. Noguero. allegat. 9. num. 73. & 74. non obstante fundamento sententiæ, non poterant hæc bona juris auctoritate ad supplicatos pervenire, quia in contractu dotali fuerunt vinculata, & ipsa Anna dotatrice substitutionibus factis in defectu filiorum, & descendendum dotatae, & solum dotatae fuit concessa facultas eligendi unum ex fratribus qui etiam dotantes erant, vel unum ex descendendum eorum, ut aperte ostenditur fol. 44. ibi: *E com mais declaraçãõ.***

Nec officit verbum (*poderá*) ibi prolata, quia refertur ad fratres, & eorum descendentes, ut ibi ostenditur fol. 44. & cum non nominasset, nec elegisset ipsa dotata tempore mor-

mortis unum ex fratribus, pertinuit hæc Capella per ipsius obitum Eminentissimi patri supplicantium, tamquam proximiori, & seniori; & etiam nominando maritum, cum esset extraneus à familia, & non potuisset eligi, devoluta fuit successio ad patrem supplicantium, *Alvarad. de conjectur. ment. lib. 2. cap. 2. n. 18. Nogueroi allegat. 9. n. 74. in fin.*

158 Nec item dici poterit, quod verbum *poderá*, id est poterit, quia fuit prolatum affirmative in contractu dotali non importat necessitatem; quoniam respondetur verbum illud, poterit, in præfenti continere necessitatem causativam, & conditionalem, licet non importet necessitatem præcisam, quæ necessitas causativa, & conditionalis sufficiens, & potens est ad annullandum actum factum in contrarium, ut tenet communis sententia cum gloss. in *L. Gallus in princip. ff. de lib. & posth.* refert cum aliis *Castill. lib. 5. contr. cap. 114. num. 26.*

159 Deinde verbum poterit etiam in contractibus necessitatem inducit, quando subiecta materia aliud non patitur, vel quando alias absonus refutaret intellectus, ut notavit *Everardus in loco à subiecta materia num. 17.* Plane per verba illa: *Poderá nomear em qualquer de seus irmaõs, e naõ sendo vivos, em seus filhos, ou filhas, ou descendentes delles de legitimo matrimonio*: inducitur maioratus in familia, & subiecta materia non patitur, ut extra familiam exeat hæc Capella, ideo verbum illud, *poderá*, secundum subiectam materiam inducit necessitatem causativam, & conditionalem.

160 Quod probatur etiam, quia verba contractus sunt forma ejus, & super omnia attendi debent, & aliquid operari, *Solorzan. de jur. Indiar. 2. p. lib. 2. cap. 21. num. 33. Portug. de donat. p. 2. cap. 29. num. 21. & 22. Surd. decis. 64. num. 19. & decis. 272. n. 36.* Si ergo verbum *poderá* nullam induceret necessitatem eligendi unum ex familia, nihil operarentur verba illa, & omnia superflua essent, quod non est dicendum ex supradictis.

161 Deinde verba illa, *e com mais declaraçaõ*, important conditionem, præsertim juncto verbo, *poderá*, quod est futuri temporis, *Cyriac. contr. 546. num. 60. & 61. & contr. 584. n. 53. 54. & 63.*

162 Denique donatio facta per instrumentum à fol. 49. non obstat Capellæ institutioni, quia jam eo tempore excepto usufructu, quem reservaverat in prima scriptura, non erant donatricis bona hujus Capellæ, quæ instituta fuit in illo contractu dotali, & irrevocabili à fol. 40. præsentibus patre supplicantium, & ejus fratre Francisco, & stipulantibus, sub-

scribendo in dicto contractu, & fuit maioratus irrevocabilis; & maxime attento tempore, quo facta fuit donatio à fol. 49. quoniam in primo contractu, & institutione translata fuit possessio, & dominium in dotatos per clausulam constituti, & per reservationem usufructus, & hoc casu etiam secundum illas leges Tauri maioratus effectus fuit irrevocabilis, ut censent omnes commentatores illarum legum, & cum eis *Molin. de primog. lib. 3. cap. 2. à n. 4. usque ad n. 9.* quia in dictis legibus limitatur ipsarum dispositio data traditione rerum maioratus, tunc enim traditione fit irrevocabilis maioratus, & ex constituto acquiritur vere possessio, & si actus acquirendi sit fictus, *L. certe ff. de precario, L. quod meo in princip. & ibi communiter DD. ff. de acquirend. poss.* immo ex ipso constituto nedum possessio, sed etiam dominium utile, & directum acquiritur, *Tiraq. plura in idem adducens de jur. constituti ampl. 8. à num. 1. cum seqq. 2. p. Molin. supr.* Ex quibus, & juridice adductis à docto supplicantium Patrono sententiam revisione indigere existimo. *Ulyssipone 2. Novembris 1677. Vanveslem.*

Inciviles repetitæ, & contrariæ dispositiones confusam reddiderunt hujus processus controversiam, & ni fallor, decisionem, ideo etiam supplicati aliquando bona, de quibus est contentio maioratus, vel quod idem est, Cappellæ, supposita esse fatebantur, & ultimo tandem solum oneri missarum subiecta esse efficaciter intendebant; omnia equidem primo in conspectu suadebant contrariæ dispositiones, & primo tandem in appenso fol. 9. sine lege meo videri obtinuit. Et supposito, quod maioratus iste non fuit ab Antonio institutus, cum per simplicem Annæ possidentis assertionem in scriptura fol. 44. probari non possit maioratus vinculum, & institutionis tenor, *Burg. de Paz conf. 9. à n. 1. Molin. lib. 2. cap. 8. num. 4. Castill. lib. 5. contr. cap. 149. n. 4.* & non appareat institutio, nec etiam partem deperditam esse probent juxta *Ord. formam lib. 3. tit. 60. §. 6.* inciviliter crederet, qui existimasset ante institutionem ab Anna in scriptura à fol. 44. factam hujusmodi bona maioratus vinculo supposita esse, quod idem apparet ex scriptura in appenso fol. 9.

His sic suppositis sine dubio existimo hujusmodi bona maioratus subiecta fuerunt in scriptura dotali fol. 51. ubi Anna expresse disposuit factis nominationibus in primo loco vocatis Lucie filiis, & fratribus Annæ, postea illorum filiis, & tandem his omnibus deficientibus liberam Lucie reliquit facultatem nominandi, mortua Lucia sine filiis, & etiam

& etiam mortuis Annæ fratribus relictis ab uno filiis ad illorum teniorem maioratum pertinere indubie resolvit institutionis vocatio, & *Ord. dispositio lib. 4. tit. 100. §. 3. Altograd. tom. 1. conf. 58. n. 81.* cum illa libera facultas nominandi minime concessa fuisset, nisi casu quo defuissent fratres, & illorum filii; ita efficaciter concludit illa clausula institutionis fol. 44 ibi: *Enão os bavendo*, quæ cum sit in ablativo absoluto posita præstat illam facultatem limitatam, scilicet, si prius vocati non existant, optime *Mantic. dict. clausul. 4. p. clausul. 9.* faciuntque *Barb. in 1. p. rub. n. 26. cum seqq. ff. solut. matr.* & ita intelligenda est prædicta dispositio, vel institutio, quasi diceret, si fratres, & illorum filii non existant, tunc Lucia poterit nominare quem voluerit: quæ dispositio sic concepta restringit facultatem nominandi ad casum, quo deficiant vocati consanguinei, cum hæc sit natura illius dictionis, tunc, subintellecta indispositione, *Ramon. conf. 28. n. 8.* facultas libera nominandi exerceri non poterat, existentibus prius vocatis, scilicet supplicanti- bus, ac per consequens ad supplicatum pertinere non poterat talis Capella contra tenorem institutionis, quæ ad unguem observari debet, *Ord. ubi supra lib. 3. tit. 1. ibi: Propter tenorem investituræ de duobus fratribus cap. si cui. ibi: Tenorem investituræ sequendum titulo de extraord. cap. Conrad. Molin. de primog. lib. 1. cap. 2. n. 24. Valenz conf. 33 à num. 1. tom. 1. Castill. lib. 6. contr. cap. 155. à numer. 17.*

165 Præcipue quoniam inspecto institutionis tenore fol. 44. in princip. Anna prius voluit filios, & descendentes Luciae, ibi: *Tendo filhos, ou filhas, ou descendentes os poderá nomear.* Postea proprios fratres, & illorum filios, ibi: *Naõ tendo filhos, ou descendentes, poderá nomear em qualquer de seus irmaõs:* & ibi: *Enão sendo vivos, em seus filhos, ou filhas, ou descendentes &c.* Ex quibus verbis deducitur Capella, de qua agitur, ad extraneos transire non poterat, & solum dubitari poterat, an scilicet Lucia nominare possit remotiorem consanguineum relicto proximiori, *Menoch. de arbitr. vel inquam Surd. conf. 10. à n. 50. Castill. lib. 5. cap. 67. à num. 4 & 5. Fusar. de substit. q. 380 à n. 8. Cald. de nominat. q. 5. n. 49. vers. cæterum.*

166 Neque aliquid obstat illa consideratio sapientissimorum patrum, scilicet, quod huiusmodi bona ab Antonio non fuerunt vincu- lata, sed tantum oneri missarum supposita, qua- propter Anna de illis libere disponere poterat, & etiam poterant ad extraneos transire. Hoc certe est optimum fundamentum con-

tra supplicatum, nam si Anna de huiusmodi bonis libere disponere poterat, ita disposuit, & maioratum instituit, non suadet nomina- tio horum bonorum sub nomine Capellæ, quod sufficit, ut maioratus, vel Capella dica- tur instituta in Capella in specie, *Cald. in L. si curatorem verbo probiberis num. 96.* in ma- ioratu *Molin. de primog. lib. 1. cap. 3. num. 1. Surd. conf. 41. num. 27. ad medium, & n. 33. Valenz conf. 69. num. 7.* & ita censentur po- sitæ omnes clausulæ, & vocationes necessa- riæ, ut maioratus dicatur institutus, ut resol- vunt supra citati DD. præcipue factis expresse vocationibus, prout in præsentibus cum plu- ribus *doctissimus Pegas contr. cap. 4. n. 191.* quapropter Capellam in scriptura fol. 44. fuisse institutam existimo.

Nec replicari potest ex clausulis antece-¹⁶⁷ dentibus supponens, quod intentio Antonii illa fuit, quod huiusmodi bona, nunquam maioratus vinculo supponerentur, & etiam, quod Antonius hoc poterat in futurum effi- cere, & tandem quod hanc eandem volunta- tem servavit Anna in dicta scriptura, tamen cum talia bona ad illam libere pervenissent, libere etiam poterat designare futuros illo- rum bonorum successores, cum sic attenda il- lorum natura potuisset illa, quibus voluisset, relinquere, juxta *regul. L. ab eo Cod. de fidei- commiss. faciuntque Molin. lib. 1. cap. 8. n. 35. Robles de repræsent. lib. 1. cap. 5. num. 18.* Igitur vel huiusmodi bona servata antiqua natura considerentur libera, vel servata An- næ dispositione considerentur maioratus, semper ex dispositione Annæ ad supplican- tem pertinebant, cum secunda Annæ nomi- natio fol. 51. facta sine potestate propter ir- revocabilitatem primi contractus nullius sit momenti, *L. cum pater §. hæreditatem ff. de le- gat. 2. Molin. ubi supra cap. 8. num. 34. Cas- till. cap. 26. à num. 1. Surd. conf. 375.* Qua- propter ex his, quæ à sapientissimo Domino dicuntur, revisionem concedo. Ulyssipone 16. Januarii 1678. Carneiro.

De qua re etiam vide sententias seq.

No feito de Alvaro Pires de Tavora con-¹⁶⁸ tra Brites Alvarez, Escrivão Lourenço Cor- rea de Torres, se deo a sentença seguinte.

Vistos estes autos, libello da A contrariado pela R. mais artigos recebidos, prova dada. Mostrase da instituição fol. 18. instituirem Lourenço Pires de Tavora, e Dona Catharina de Tavora hum morgado dos bens, de que na dita instituição se trata, entre os quaes fol. 20. consta ser vinculado ao dito morgado do Casal do Robalo, e as terras a elle annexas, nos quaes entraõ estas da contenda, que estaõ no termo da Villa de Almada Mostrase ser o dito morgado

morgado instituido juntamente pelos ditos Lourenço Pires de Tavora, e Dona Catharina de Tavora por contrato irrevogavel entre vivos, e entre as condiçoens delle he huma, que está fol. 22. porque se dispoem, que não poderia os bens do dito morgado nem parte delles alguma ser emprazados in perpetuum, nem em vidas, a qual condição he licita, e permitida, e conforme a Direito, e natureza dos bens de morgado. Mostrase mais, ser condição do dito contrato, que nenhum dos instituintes poderia per si só vir contra a dita instituição, em parte, nem em todo, nem revogar, nem alterar parte delle, sem expresso consentimento do outro instituinte, como se vê fol. 26. Mostrase, que sem embargo da dita clausula a dita Dona Catharina depois da morte do dito Lourenço Pires de Tavora emprazou humas terras pertencentes ao dito morgado á mãy da R. como se vê do aforamento a fol. 43. O que a dita Dona Catharina não podia fazer, encontrando a clausula expressa do dito morgado a qual além de ser de contrato, se deve guardar por esta via, e tambem conforme a Direito seguindo a disposição do qual o morgado instituido entre vivos, e irrevogavel, como este he feito por dous instituidores, não pôde ser revogado, nem as clausulas delle em parte, nem em todo, sem consentimento expresso do outro instituinte: e supposto que conforme a Direito induzido pelo costume deste Reyno contra o rigor de Direito cõmum os bens de morgado se possa emprazar, com tudo esta doutrina, não tem, nem pôde ter lugar, havendo expressa prohibição dos instituidores, e nesta fórma se julgou por muitas sentenças do Reyno, porque entã concorrendo dous vinculos, que são a natureza dos bens de morgado, e a prohibição expressa, fica sem duvida, não se poderem emprazar os ditos bens de morgado, e não achei Doutor algum do Reyno, nem Estrangeiro dos de fóra delle, que o contrario diga nestes termos, quando ha prohibição expressa; antes todos dizem ser nullo, e de nenhum effeito o emprazamento. Nem faz pela R. dizer, que estas terras forã trocadas com outras, e com humas casas, que forã da mãy da dita R. porque além de não provar isto por escritura publica, e senão poder admitir outra prova pela Ley do Reyno, e a que se deo por testemunhas neste ponto ser de nenhum effeito, ainda em termos de Direito a dita permutação de humas terras por outras era nulla por o possuidor do morgado não poder permutar humas cousas por outras sem licença do Principe, precedendo informação necessaria: e no caso presente tem isto menos duvida, por quanto a dita permutação foy prohibida expressamente pelos instituidores fol.

22. a qual prohibição a dita Dona Catharina não podia quebrantar, nem fazer a dita permutação sem licença, e consentimento do dito Lourenço Pires de Tavora, como fica dito. E muito menos obsta a prescripção de 40. annos a que a R. recorre, porque para ella ter lugar, conforme a Direito, nos bens de morgado era necessario provar a R. que prescrevera pelo dito tempo, possuindo pelo espaço delle em vida do A. a quem não podem prejudicar os annos, que a R. possuiu, antes de elle ter aução para poder demandar a dita R. por o morgado ser possuido por outrem, e o A. não ter aução para mover esta demanda, senão depois de succeder no dito morgado, de entã começa a correr o tempo da prescripção contra o A. e se não prova, que depois do A. succeder no dito morgado, corresem os ditos quarenta annos, antes o contrario. e além disto ser conforme a Direito omnium, assim está recebido, e julgado por decisoens do Reyno. O que tudo visto, e o mais dos autos, e disposição de Direito no caso, e como por parte da R. se não prova cousa relevante a condenõ, que largue ao A. as ditas terras do morgado, com os fructos da lide contestada em diante. E pague a dita R. as custas dos autos. Lisboa 18. de Outubro de 1636. Doutor Luiz Gomes de Basto.

A qua sententia fuit appellatum ad Sup- 169 plicationis Senatam. Ubi fuit confirmata, & fundata in deliberatione sequenti.

Maioratum, de quo in præſenti processu, 170 institutum fuisse per actum inter vivos, seu contractum, nullum mihi dubium inspecto documento illius à fol. 19. cum seqq. ubi illas tres conjuges ad invicem reciprocam fidem præstitere pro adimplemento voluntatis ibi expressæ, & solemnè stipulatione reciproca promiserunt, non revocare singulariter, idque in favorem totius agnationis, & familiæ, & pro ejus conservacione, idque solum sub obligatione reciproca suorum bonorum, ut videre est fol. 26. ac subinde cum cuilibet actio quæſita contra alium, immo & toti familiæ, ea irrevocabilis censeretur debet, prout omnes aliæ ex contractu, & actu inter vivos productæ ex vulgata *L. perfecta donatio, & L. quoties Cod. de donat. quæ sub modo, Pereir. decis. 48. num. 8. magis in specie ad nostrum casum Castill. quotid. lib. 2. cap. 18. à num. 34. maxime n. 36. & 37. resolvens, quod si ex scriptura maioratus constituti ab utroque conjuge constet, quod unus, sine altero, maioratum illum non constituisset, neque alioquin fecisset, vel si unus alteri invicem promittit, quod nunquam discedet à tali contractu, his duobus casibus non poterit, cujus superstes revocare. Plane omnia hæc verificantur*

cantur in presenti materia. Unde ex hoc capite destituitur Rea iustitiam, uiquidem ex ipsa nullitate constat nulliter fuisse emphyteuticatum praedium ab uno ex institutoribus, tamen non servata promissione sub pena nullitatis, siquidem emphyteuticatio illa non solum sub generali prohibitione alienationis fuit interdicta, sed potius in individuo, patet ex ipso instrumento fol. 22. nec favet Rea allegata permutatio, de qua non constat ex ipso instrumento, immo nec testes formaliter deponunt, sed solum de auditu. Unde aliunde sibi consulat Rea, si permutatum praedium velit recuperare, nam ex hoc processu obtinere nequit.

171 Nec allegata praescriptio prodest Rea, nam praeterquam quod praescriptio longissima in maioratibus non admittatur ad praedictum sequentium successorum, prout late dictum apparet, & verum etiam sit, quod praescriptio inchoata contra institutorem perficiatur contra successorem ex dictis à Pereir. decis. 52 n. 18 id procedit, quando titulus habitus sit à tertio, ut ipse Pereir. dict. num. 18. quod non contingit in presenti. Tandem quod dicitur de condemnatione fructuum, & reddituum à lite contestata intempestive allegatur, cum respiciat tempus liquidationis faciendae, ubi constabit, qui fructus sint percepti, vel non sint restituendi: sic confirmo iudicatum. Ulyssipone 16. de Mayo de 1636. João Pinheiro. Conveniunt Mesquita. Vieira.

172 Nos autos do Licenciado Antonio Lopes Correa, e sua mulher com o Padre Antonio Rodrigues Cabeça, Escrivão o das Ordens, se deo alatença seguinte.

Vistos estes autos, libello do A. fol. 10. contrariedade do R. fol. 39. provas dadas por huma. e outra parte, e mais documentos juntos. Mostrase pelos AA que Marta Machada sua mãy, e sogra em hum primeiro seu testamento de que faz menção na escritura fol. 13. vers. instituiu, e ordenara huma Capella com obrigação de hum annal de Missas, que se havia de dizer na Igreja de S. Bartholomeu de Oliveira. para o que havia consignado dous mil cruzados da sua tença, cujos lucros, e redditos lograva o Capellaõ, que na dita Capella nomeou, em remuneraçõ do referido encargo e que com effeito nomeara logo no titulo por primeiro Capellaõ da dita Capella ao R. para que depois da morte della testadora, e tambem da A sua filha entrasse a dizer o dito annal de Missas: consta outrossim, que a dita Marta Machada, mãy da A. por achar lhe era mais conveniente por hum contrato entre vivos, determinou se lhe dissesse logo em sua

vida o meyo annal de Missas daquelle, que no testamento tinha disposto, e que por sua morte, e da A sua filha, se diria o outro meyo annal de Missas, na fórma do testamento. Mostrase, que no mesmo contrato nomeou ao R. por Capellaõ da dita Capella, consignando logo mil cruzados, cuos redditos delles, em remuneraçõ do dito meyo annal. Mostrase outrossim, que a dita Maria Machada, mãy da A. revogara o referido contrato por dolojo, e pelo mais contbeudo no libello, e se deixa ver da escritura da revogaçõ fol. 18. e tambem do segundo testamento, em que revogou o disposto no primeiro, como se mostra fol. 26. vers. pelo que pedem em fim de seu libello, se julgue por nullo o dito contrato, e por valida a revogaçõ delle. Defendese o R. com a escritura de doaçõ entre vivos já referida, dizendo, que esta por ser perfeita se não podia revogar de nenhum modo, assim pela segunda escritura, como pelo segundo titulo, e pelo mais que allega em sua contrariedade. O que tudo visto, e o mais dos autos, e como pela escritura de doaçõ se mostra, que Marta Machada nella não instituiu de novo Capella alguma, mas somente fez nomeaçõ de Capellaõ por aquella Capella. que no testamento tinha instituido para depois de sua morte, e da A. sua filha, a qual instituiçõ não aparece, nem titulo, e ainda que pareça não valia, revogandese, como se revogou pelo segundo testamento, termos em q. conforme a ordem de Direito, não pôde subsister a presente nomeaçõ, pois a não pôde haver de cousa não existente, e por esta nomeaçõ feita ao R. se não podia impedir o revogarse a dita instituiçõ feita no primeiro testamento, por quanto a respeito desta por aquella se lhe não adquirio direito algum, mas supposta a dita Capella instituida na fórma do testamento, em que o R. já era nomeado por Capellaõ, de novo nomeou ao mesmo por via de contrato adquirindo selbe nesta fórma direito, para que a testadora não podesse no segundo testamento variar de Capellaõ, porém isto debaixo de huma condiçõ tacita, e inherente ex natura rei, a saber se ella testadora permanecesse na mesma vontade, e instituiçõ no primeiro testamento feita. Nem se pôde dizer, que por a testadora referir as forças da Capella, que tinha disposto no testamento no contrato de nomeaçõ referido, se ficou transfundindo esta disposiçõ da Capella de testamentaria em convencional, fazendose deste modo irrevogavel, por quanto conforme a Direito, estas novaçoens se não admitem sem animo expresso de as induzir. O que no caso presente falta, porque ainda que se intitule a dita escritura ser de doaçõ, nomeaçõ, e instituiçõ de Capella